pronuntiant, tanquam sint præterita, XXXVI, 75, 485. Prophetas et de Christo prænuntiasse asseritur, XLII, 254. Christum annuntiabant pleni Christo, XXXVII, 1845. Prophetæ Christum prænuntiaverunt ut Deum et hominem, XXXIII, 522. Libri prophetici, Christo non intellecto, insipidi et fatui, XXXV, 1459. Prophetia de Christo non defuit omnibus temporibus superioribus, *ibid.* Prophetia omnis de Christo, ad omnes gentes pertinebat, *id.*, 1462, 1463. Nunc ad Jerusalem cœlestem, nunc ad terrenam, nunc ad utramque illorum oracula pertinent, XLI, 525. — Prophetæ futura ut præterita locuti : S. Leo Magnus, LIV, 368, — Prophetando promiserunt Christum, et rebus et verbis, sancti Veteris Testamenti : S. Gregorius Magn., LXXV, 524. Prophetæ multa dicunt prædicentis studio, non maledicentis voto, LXXVI, 347. Quot modis prophetæ tangantur spiritu prophetiæ, *id.*, 788. Prophetæ verbum quod foris proferunt, conjungunt verbo quod intus audiunt, *id.*, 796. Cur de se, tanquam de aliis, aliquando prophetæ loquantur, *id.*, 799. Multa simul vident prophetæ, quæ successive narrare coguntur, *id.*, 833, 856. Prophetia non solum de futuris, sed et de præteritis enuntiat, LXXV, 671.—Prophetæ quatuor majores quid tractent : Rabanus Maurus, CXI, 112, 113. — Prophetæ sæpe præteritum pro futuro ponunt: S. Bruno episc., CXLII, 183. Prophetæ de futuris quasi de præsentibus et futuris loquuntur, CLII, 639.—Prophetarum dicta omnia testimonia sunt de Christo: Rupertus abb., CLXVII, 1179. Prophetarum dicta ante Christum obscura erant, *id.*, 712.

IV. — *De prophetis, et de eorum vita.*

Prophetæ, viri justitia et innocentia digni : Tertull., I, 378. Semper passi sunt in sæculo propter divinam religionem, II, 636.—Nec insani fuerunt, nec fallaces : Lactant., VI, 128.—Secundum Evangelium vita prophetarum est : S. Ambrosius, XV, 1598. Prophetarum fides quomodo potest ostendi, XLII, 285, 290. Prophetæ an bene vel male vixerint, unde dijudicandum, *id.*, 280. Prophetas ante Christum fuisse male negatur, *id.*, 643, 648. Prophetarum tempus unde sumit exordium, XLI, 523. Prophetæ floruerunt maxime quando Romanum regnum cœpit, Assyriumque defecit ; quare, *id.*, 584. Prophetas habuit populus Israel usque ad Darii tempus, *id.*, 583, 584. Non habuit post instaurationem templi, *id.*, 606. Prophetæ antiquiores sunt philosophis gentilibus, *id.*, 596, 597. Posteriores poetis theologis, *id.*, 597. Prophetæ non fuerunt fures et latrones, XXXV, 1720. Quinam prophetæ latrones et fures censendi, XLII, 322. Prophetæ multi fuerunt, paucorum tamen scripta retinentur, XLI, 583. Prophetæ majores et minores unde dicti, *ibid.* Prophetæ quidam propter brevitatem voluminum suorum appellantur minores, XXXIV, 927. Prophetæ omnes infra Joannem, XXXVIII, 1302. — Non omnes prophetæ sanctitatis meritum attingunt : S. Gregorius Magnus, LXXVI, 399. Prophetæ stellæ fuerunt pluviam generantes, *id.*, 405. Prophetæ plus quam Moyses divinam scientiam apprehenderunt, *id.*, 980.

V. — *De præcipuis objectis prophetiarum.*

1. De Maria Virgine Matre Christi.

Virga ex radice, Maria ex David : Tertull., II, 788. — Pulchra in figura Ecclesiæ de Maria prophetata sunt : S. Ambrosius, XVI, 326. Per mulierem in hoc loco beatam Mariam possumus intelligere, XVII, 876. Per portam orientalem beata et gloriosa Virgo Maria figuratur. *id.*, 948. — Quod clausum est, atque signatum, similitudinem habet Matris Domini, matris et virginis : Hieronymus, XXIII, 254. Loquatur Isaias spei nostræ fideique mysterium : *Ecce virgo in utero concipiet et pariet filium* etc., *id.*, 254. Pulchre quidam portam clausam, per quam solus Dominus Deus Israel ingreditur, et dux cui porta clausa est, Mariam Virginem intelligunt, quæ et ante partum, et post partum Virgo permansit, XXV, 430. — De nato Christo ex Virgine : S. Prosper Aquitanus, LI, 819. — In qua virga non dubie beata Virgo Maria prædicta est : S. Leo Magnus, LIV, 204. — Isaiæ vaticinium quod virgo paritura esset filium, cujus nomen Emmanuel, in Maria impletum est : S. Maximus Taurin., LVII, 235. — Virga erat Maria, nitida, subtilis et virgo, quæ Christum veluti florem integritate sui corporis germinavit. 310. — Manna etiam eodem sensu dicitur, quia splendida, suavis et virgo ; quæ velut cœlitus veniens cunctis Ecclesiarum populis cibum melle dulciorem defluxit, *id.*, 330.—Non dubium est, Jesseicæ radicis virgam, beatam videlicet Mariam, naturæ suæ germen, id est Dominum Jesum Christum, ex suæ carnis materia protulisse : Virgilius Tapsensis, LXII, 113. — Potest hortus conclusus Maria Mater Domini intelligi : S. Justus Urgell., LXVII, 978. — Vaticinium Isaiæ de virgine paritura in Maria impletum : Beda, XCIV, 32. Quidam hoc quod dictum *Inimicitias ponam* etc. de Virgine in qua natus est Deus intelligunt, *id.*, XCI, 215. — Aliquot prophetarum oraculis probatur virginitatem summam oportere cum maternitatis gloria copulari : S. Hildefonsus Toletanus, XCVI, 64 — Quidam hoc quod dictum est : *Inimicitias ponam inter te et mulierem* de Virgine, de qua Dominus natus est. intellexerunt : Wicbodus, XCVI, 1164 ; Rabanus Maurus, CVII, 496. — Mulier amicta sole beata Virgo Maria est : Alcuinus, C, 1152. — Pulchre quidam portam clausam per quam solus Dominus Deus Israel ingreditur, et dux cui porta clausa est Mariam Virginem intelligunt : Rabanus Maurus, CX, 1003. — Cantatur psalmus tricesimus quartus de festo beatæ Mariæ Virginis, quæ ad Mariam specialiter referri possunt : Walafridus Strabus, CXIII, 911. — Ut sub occasione misericordiæ qua populum liberabat obsessum, Filium suum nuntiaret de Virgine nasciturum : Haymo Halberstad, CXVI, 758. — Quando dicitur dabit Dominus ipse vobis signum, novum debet esse, atque mirabile. Sin autem juvencula, ut Judæi volunt, et non virgo pariet, quale signum poterit appellari, *id.*, 761. Ergo iste puer qui nascitur ex virgine, o domus David, nunc a te appelletur Emmanuel, *id.*, 762. — Virga de radice Jesse egressa est, quia Virgo Maria ex propagine David orta est : Haymo Haberstat., CXVI, 779. — Secundum vaticinium sanctissimi prophetæ illius, virgo quædam erat conceptura, et paritura filium, et hæc virgo fuit bona Maria : Goffridus abbas, CLVII, 244. Hæc porta templi, et templum Domini est Maria beatissima et incomparabilis Virgo, de cujus utero ad nos venit Dei Patris imago, *ibid.*, 248. — Illa sanctissima terra dedit fructum suum, Virgo videlicet Maria, quem, angelo nuntiante, fide et dilectione concepit, *ibid.*, 249. — Honorabilis et prædicabilis femina, digna Deo Virgo Maria domus Domini appellatur, in qua porta orientalis clausa semper esse perhibetur, *ibid.*, 250. — De Maria multis sæculis ante ortum ejus vel conceptum, Isaiam Spiritu sancto afflatum dixisse constat : *Egredietur virga de radice Jesse*, etc. : S. Anselmus, CLIX, 304. — Hæc virga quæ talem ex se protulit florem, nullo dissentiente, Virgo Maria fuit, *ibid.* — Multæ sunt filiæ regum, sed regina una est, per quam beatam Virginem Mariam intelligimus : S. Bruno Signiensis, CLXIV, 857. — *Audi, filia, et vide*, etc. Quamvis hoc de tota catholica et universali Ecclesia convenienter intelligi possit, ego tamen de beata Virgine Maria singulariter exponam, *id.*, 858. — Non incongrue Virgo Maria civitas Dei appelletur, *id.*, CLXV, 1021. Virgo Maria merito filia Jerusalem vocatur, *ibid.* Significabat, quod hæc gloriosa virgo, quæ secundum Isaiam fuit virga de radice Jesse, genuit florem, id est Christum, *id.*, 1022. — Virgo Maria figurata per hortum in quo varii flores virtutum erant, *ibid*, *Femina circumdabit virum*, id est Virgo Maria portabit in utero Christum, quem totus mundus capere non potest, *ibid.* — Vidi portam in domo Domini clausam, quam Dominus intravit et exivit, et clausam reliquit quia virgo ante et post partum, *ibid.* — Dictis propheticis confirmabatur domus David quod Deus promiserat et juraverat David, Christum de semine ejus nasci, ut ibidem eum inter cætera dicit : *Ecce virgo concipiet*, etc. : Rupertus abbas, CLXVIII, 539. — Hortus conclusus es, o Dei Genitrix, *id.*, 896. — Ecce prophetia et figura. Jesse fuit pater David ; radix Jesse familia Judæorum. Virga est Maria, flos Filius ejus : Hildebertus Cenom., CLXXI, 392. — Similiter virga Aaron quæ sine semine produxit nuces, signat Mariam, quæ sine semine genuit Christum, *id.*, 393. — De hac porta Virginis dixit Dominus ad Ezechielem : *Porta hæc quam vides, clausa erit, et non aperietur*, *ibid.* — Maria vocatur amica in Cantico cant., quia portavit Patris secreta : Honorius Augustod., CLXXII, 501. *Vinea nostra floruit*, id est Maria Christum peperit, in Cant. cant. : Honorius Augustodun. CLXXII, 503. — Laus Filii de Matre, *id.*, 505. — Sequuntur verba Virginis, Christum in se venire optantis : Cant. cant., *id.*, 508. — Sequitur laus Ecclesiæ conversæ de Judæis admirantis gloriam Virginis, *id.*, 515. — Virginis promissio : Cant. cant., *id.*, 516. — Christus ad fideles de Virgine Matre ejus : Cant. Cant., *ibid.* — Ezechiel quoque portam semper clausam vidit per quam solus Rex regum transivit et clausam reliquit (*Ezech.*, XLIV). — Sancta Maria est cœli porta quæ ante partum et in partu Virgo fuit et post partum Virgo permansit : Honorius August., CLXXII, 905. — Recte conceptio et partus Virginis vocatur *signum*, quæ sic mater affecta est ut virginitatis non amitteret sigillum : Herveus Burdigal., CLXXXI, 99. *Et egredietur virga de radice Jesse* : Virga Maria, flos Mariæ Christus, *id.*, 140. — Hujus magni miraculi majus mysterium Isaias edisserit, dicens :

Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet (*Isaia* XI, 1) : S. Bernardus abb., CLXXXIII, 63. In hoc tamen Isaiæ testimonio, florem Filium, virgam intellige Matrem, *id.*, 64. — Huic quoque Gedeonico facto propheticum dictum pulchre satis convenire videtur, ubi legitur : *Descendet sicut pluvia in vellus, ibid.* — Audiamus et Jeremiam nova veteribus vaticinantem : *Femina circumdabit virum* (*Jerem.* XXXI, 22). Quæ est hæc femina? Quis vero iste vir? *ibid.* — Sed vide si non etiam hanc Jeremiæ novitatem Isaias lucidissime aperit, qui et novos superius Aaronicos flores exposuit : *Ecce*, inquit, *virgo concipiet et pariet filium, id.*, 66. — De beatæ Virginis Mariæ integra et perfecta pulchritudine : *Tota pulchra es*, etc. (*Cant.* IV) : Richardus a S. Victore, CXCVI, 482. — Porta quoque sancta et perpetua, virgo est, ut in eodem dictum invenitur Ezechiele, quia *porta hæc clausa erit et non aperietur* (Ezech. XLIV, 2) : Adamus Præmonst., CXCVIII, 186. — Unde cum canticum amoris, scilicet epithalamium Salomonis, specialiter et spiritualiter ad Ecclesiam referatur, tamen specialissime et spiritualissime ad gloriosam Virginem reducitur : Alanus de Insulis, CXX, 53.

2° De Christo Domino nostro.

De nato Christi ex Virgine, Isaias propheta : *Ecce*, ait, *virgo in utero accipiet et pariet filium, et vocabitis nomen ejus Emmanuel* (*Isa.* VII, 14) : S. Hieronymus, XXIV, 102 ; S. Prosper Aquitanus, LI, 819 ; Haymo Halberstat, CXVI, 761 ; Rupertus abb., Tuit., CLXVII, 1304 ; Herveus Burgidol., CLXXXI, 99.

De nato Christo ex femina, Jeremias propheta : *Femina*, inquit, *circumdabit virum* (*Jerem.* XXXI, 22) : S. Hieronymus, XXIV, 880 ; Rabanus, Maurus, CXI, 1039.

De Christo in præsepi posito, Isaias propheta : *Agnovit*, ait, *bos possessorem suum, et asinus præsepe Domini sui* (*Isa.* I, 3) : S. Prosper Aquitanus, LI, 820. — Et Habacuc : *In medio*, inquit, *duorum animalium cognoceris* (*Habacuc* III, 2, sec., LXX) : S. Hieronymus, XXV, 1309 ; S. Prosper Aquitanus, LI, 820.

De Christo a Magis adorato, David dixit : *Reges Tharsis et insulæ munera offerent, reges Arabum et Saba dona adducent* (*Psal.* LXXI, 10) : Rufinus, XXI, 939 ; S. Hieronymus, XXVI, 1029 ; S. prosper Aquit., LI, 820 ; Beda Ven., XCII, 865 ; Petrus Lombardus, CXCI, 653. — Item Isaias : *Omnes a Saba venient, ferentes aurum, thus et lapidem pretiosum*, etc. (*Isa.* LX, 6) : S. Prosper Aquit., LI, 820.

De fuga in Ægyptum, Osea propheta : *Ex Ægypto vocavi Filium meum* (*Osee* XI, 1) : Rufinus XXI, 1016 ; S. Hieronymus XXV, 915 ; S. Prosper Aquit., LI, 821 ; S. P. Chrysolog., LII, 602 ; Haymo Halberstat., CXVII, 79 ; Rupertus abbas, CLXVIII, 170 *et seqq.*, et Isaias : *Ecce Dominus ascendet supra nubem levem*, et *ingredietur Ægyptum* et *movebuntur simulacra Ægypti a facie ejus*, etc. (*Isa.* XIX, 1) ; S. Hieronym., XXIV, 181, 250 ; Haymo Halberstat., CXVI, 807.

De miraculis Christi, Isaias propheta : *Ecce*, ait, *Deus noster retribuet judicium, ipse veniet, et salvos nos faciet. Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum audient*, etc., *Isa.* XXXV. 4) : S. Hieronym., XVIV, 376 ; S. Prosper Aquit., LI, 822 ; Haymo Halberstat., CXVI, 894.

De Christo, quod mare pedibus ambulavit, David propheta : *In mari est via tua et semitæ tuæ in aquis multis* (*Psal.* LXXVI, 20) : S. Augustinus, XXXVI, 981 ; S. Prosper Aquit., LI, 823 ; Cassiodorus, LXX, 553 ; S. Bruno Signiens., CLXIV, 994 ; Petrus Lombardus, CXCI, 720. — Dicit et Habacuc : *Dispergens aquas itineris, dedit abyssus vocem suam* (*Habacuc* III, 10) ; S. Prosper Aquit., LI, 823.

De Jesu, quod portatus asello est, Zacharias propheta : *Dicite*, ait, *filiæ Sion : Ecce Rex tuus venit tibi justus et salvans ; ipse mansuetus, sedens subjugalem asinam et pullum novellum* (*Zachar.*, IX. 9) : S. Hieronym., XXV, 1483 ; S. Prosper Aquitan., LI, 823 ; Haymo Halberstat., CXVII, 250 ; Rupertus abb., CLXVIII, 769.

De contumeliis in Jesum, de corona spinea, ejus cruce et vulneribus. Per Isaiam prophetam : *Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus*, etc. (*Isa.* L, 6) : S. Hieronym., XXIV, 477, 478 ; S. Prosper Aquitan., LI, 825 ; Haymo Halberstat., CXVI, 973 ; Herveus Burgidol., CLXXXI, 371. — Et Jeremias dicit : *Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis* (*Thren.* III, 30) ; S. Prosper Aquitan., LI, 825. — David ipse dicit : *Conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina* (*Psal.*, XXXI, 4), *ibid.* — *Foderunt manus meas et pedes meos ; dinumeraverunt omnia ossa mea* (*Ps.*, XXI, 17) : Rufinus, XXI, 723 ; S. Augustinus, XXXI, 175 ; S. Prosper Aquitan., LI, 825 ; Arnobius Junior., LIII, 353 ; Cassiodorus, LXX, 159 ; Beda Ven., CXIII, 595 ; Haymo Halberstat., CXVI, 266 ; S. Bruno Carthus., CLII, 722 ; S. Bruno Signiens., CLXIV, 768 ; Petrus Lombardus, CXCI, 234 ; Gerhohus Reichersp., CXCIII, 1012. — Isaias propheta : *Sicut ovis*, ait, *ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se obmutescet, et non aperiet os suum* (*Isa.*, LIII, 7) : S. Hieronym., XXIV, 508, 509 ; S. Prosper Aquit., LI, 825 ; Haymo Halberstat., CXVI, 990 ; Rupertus abbas, CLXVII, 1348 ; Herveus Burgidol., CLXXXI, 493, 494. — Jeremias dicit : *Mittamus lignum in panem ejus* (*Jer.*, XI, 19) : S. Hieronym., XXIV, 756, S. Prosper Aquit., LI, 825.

Quod Christus in medio latronum sit crucifixus. *Inter sceleratos*, inquit, *deputatus est, qui peccatum non fecit, cujus livore sanati sumus omnes* (*Isa.*, LIII, 12) : S. Hieronym., XXIV, 512. S. Prosper Aquitan., LI, 826 ; Haymo Halberstat., CXVI, 994 ; Rupertus abbas, CLXVII, 1339 ; Herveus Burgidol., CLXXXI, 496.

Quod vestimenta ejus divisa, et sortem super tunicam ejus miserunt. Per David prophetam : *Ipsi diviserunt sibi*, ait, *vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem* (*Ps.* XXI, 19) : Rufinus, XXI, 723 ; S. Augustinus, XXXVI, 176 ; S. Prosper Aquitan., LI, 826 ; Cassiodorus, LXX, 161 ; Haymo Halberst., CXVI, 266 ; Petrus Lombardus, CXCI, 235 ; Gerhohus Reichersp., CXCIII, 1024.

De Christo, qui felle et aceto potatus est. Per David prophetam : *Dederunt*, ait, *in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto* (*Psal.* LXVIII, 22) : S. Hilarius, IX, 481 ; Rufinus, XXI, 927 ; S. Augustinus, XXXVI, 858 ; S. Prosper Aquitan., LI, 826 ; Cassiodorus, LXX, 486 ; Haymo Halberstat., CXVI, 425 ; Remigius Antissiod. CXXXI, 498 ; S. Bruno Herbipol., CXLII, 261 ; S. Bruno Signiens., CLXIV, 959 ; Petrus Lombardus, CXCI, 636.

Quod in Christi passione sol lunaque obscurati sunt. Joel propheta : *Ante faciem ejus*, ait, *confundetur terra et movebitur cælum, sol et luna contenebrescent*, etc. (*Joel* II. 10) ; S. Prosper Aquitan., LI, 827.

De sepultura Christi Domini et ejus resurrectione, David propheta : *Factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos liber, et sicut vulnerati dormientes projecti in monumentis* (*Psal.* LXXXVII, 5, 6) : S. Augustinus, LXXXVII, 1111, 1112 ; S. Prosper Aquitan., LI, 827 ; Cassiodorus, LXX, 624 ; Haymo Halberstat., CXVI, 493 ; S. Bruno Carthus., CLII, 1100 ; S. Bruno Signiens., CLXIV, 1036 ; Odo Astens., CLXV, 1248 ; Petrus Lombardus, CXCI, 812, et alibi ; *Non derelinques*, ait, *animam meum apud inferos, neque dabis Sanctum tuum videre corruptionem* (*Psal.* XV, 10) : Rufinus, XXI, 698 ; S. Augustinus, XXXVI, 145 ; S. Prosper. Aquitan., LI, 827 ; S. Bruno Carthus., CLII, 691 ; S. Bruno Signiens., CLXIV, 742 ; Petrus Lombardus, CXCI, 175.

Osee propheta dicit : *Vivificavit nos post duos dies : in die tertia suscitabit nos*, etc. (Osee VI, 3) : S. Prosper Aquitan., LI, 828.

De ascensione Christi in cœlum, David propheta dicit : *Ascendit in altum, captivam duxit captivitatem*, etc. (*Psal.* LXVII, 19) : Rufinus, XXI, 917 ; S. Prosper Aquitan., LI, 829 ; Cassiodorus, LXX, 469 ; S. Bruno Signiens., CLXIV, 948 ; Petrus Lombardus, CXCI, 611. Et alibi : *Ascendit super cherubim et volavit, volavit super pennas ventorum* (*Psal.* XVII, 11) : Rufinus, XXI, 704 ; S. Prosper Aquitan., LI, 829 ; Cassiodorus, LXX, 126 ; Haymo Halberstat., CXVI, 247 ; Petrus Lombardus, CXCI, 190.

De secundo adventu Filii hominis, David propheta dicit : *Deus manifestus veniet, Deus noster, et non silebit. Ignis ante eum ardebit, et in circuitu ejus tempestas valida* (*Psal.* XLIX, 5) : Rufinus, XXI, 844 ; S. Augustinus, XXXVI, 569 ; S. Prosper Aquitan., LI, 849 ; Cassiodorus, LXX, 349 ; Haymo Halberstat., CXVI, 365 ; S. Bruno Carthus., CLII, 854 ; S. Bruno Signiens., CLXXIV, 874 ; Petrus Lombardus, CXCI, 476.

3° De Ecclesia.

Hanc sponsam Christus sibi etiam per Salomonem ex vocatione gentium accersit. Siquidem legisti (*Cant.* IV, 8) : *Veni sponsa, de Libano :* Tertull., II, 382. — Quod Ecclesia, quæ prius sterilis fuerat, plures filios habitura esset ex gentilibus, quam quot Synagoga ante habuisset : S. Cyprianus, IV, 688. — Quam Ecclesiam etiam in Cantico canticorum Spiritus sanctus ex persona Domini designat et dicit : *Una est columba mea, perfecta mea*, etc. (*Cant.* VI, 9) : S. Cyprianus, IV, 500. — Hanc domum designat et denuntiat Spiritus sanctus in *Psalmos* dicens : *Deus qui inhabitare facit unanimes in domo* (*Psal.* XVII, 7), *id.*, 506. — Montem hunc ejusque nomen atque etiam urbis ipsius, Ecclesiam quæ corpus est Christi nuncupatam semper accepimus, Domino in Psalmis dicente : Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion, etc. : S.

, IX, 414. — *Mons Sion, latera aquilonis, civitas agni*, etc. Cur sit exsultatio universæ terræ, evi- expressit; quoniam Dominus Jesus Ecclesiam peccatoribus congregavit : S. Ambrosius, XIV, In quibus est Ecclesia Domini, quæ est civitas agni, *id.*, 1148. — *Inebriabuntur ab ubertate do- r* (*Psal.* XXXV). — Domus ergo Ecclesia est : S. ius, XIV, 962. — *Et signum magnum apparuit in ulier amicta sole*, etc. Hæc mulier Ecclesiam de- S. Ambrosius, XVII, 875. — *Et civitatem sanctam m vidi descendentem de cœlo a Deo*, etc. Civitas m Ecclesia est ex omnibus justis constructa, . — Prophetæ disposuerunt, apostoli fundamenta jecerunt, *id.*, 380. — *Tu conteres caput illius*, Mulier Ecclesia, serpens diabolus : S. Hieronymus, XVI, 840. — Vox Ecclesiæ contra hæreticos (*Psal.* 845. — Psalmus XXII continet vocem Ecclesiæ ntis Christum : XXVI, 884. — Psalmus XXIII con- terdum vocem Prophetæ de Ecclesia loquentis, . — Psalmus XXIV interdum habet Ecclesiæ sup- vocem, *id.*, 889. — *Astitit regina a dextris tuis.* nc Ecclesiæ Propheta loquitur : S. Hieronymus, 959. — Deus Pater dedit Filium suum in Sion : in sanctam Ecclesiam, *id.*, 979. — *Gloriosa di- de te, civitas Dei*, et tamen ipsam civitatem Ec- intelligimus de gentibus congregatam, *id.*, 1081. heta loquitur ad Ecclesiam, et dicit ei : *Sicut læ- omnium habitatio est in te*, *id.*, 1084. — Psalmus, *Jerusalem Dominum*, ad Ecclesiam refertur, *id.*, - *Lætare sterilis quæ non paris*, etc. (*Isa.* LIV, 1). Ecclesia, sine viro Christo : XXVI, 391; XXIV, *Et erit in novissimis diebus præparatus mons domini in vertice montium*, quod intelligitur de Ecbristi, *id.*, XXIV, 43. — Commotis ergo gentibus t electa omnium gentium, et repleta est gloria Domini, quæ est Ecclesia Dei viventis, etc., *id.*, 104. — *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamen- , Filia principis* (*Cant.* VII). Filia principis sancta dicitur, quia prædicatione Christi in vitam novam itur, *id.*, 533. — *Quæ est ista quæ ascendit de deliciis affluens, innixa super dilectum suum?* (*Cant.* Sancta Ecclesia de deserto ascendit, quia in exsis peregrinationis posita, ad cœlestia gaudia mente itionibus tendit, *id.*, LXXIX, 540. — *Soror nostra est, et ubera non habet* (*Cant.* VIII, 8). Sororem Ecclesiam vocat, quia de ipsis apostolis dicebat : *te, fratribus meis* (*Matth.* XXVIII, 10). Soror autem , ubera non habebat, quando in solis apostolis Ec- *ai*, *id.*, 543. — *Mulierem fortem quis inveniet? et de ultimis finibus pretium ejus.* Mulier fortis catholica vocatur : Beda Ven., XCI, 1039, *seqq.* ica canticorum ad Ecclesiam referuntur, *id.*, 1087. - *Mulier amicta sole et luna sub pedibus ejus* XII). Ecclesia Christi lumine cincta, gloriam calporalem, *id.*, XCIII, 165. — *In capite ejus corona m duodecim.* Duodenario apostolorum numero catur Ecclesia, *id.*, 166. — *Veni, ostendam tibi uxorem Agni* (*Apoc.* XXI). Sponsam et uxorem lesiam, quæ, immaculata permanens, spirituales Deo filios generat, *id.*, 195. — Caput XII Apocad Ecclesiam refertur : Alcuinus, C. 1152. — *Ipsa caput tuum* (*Gen.*). Mulier conteret caput serpen- Ecclesia sancta insidias diaboli, et suasiones vein ipso mox initio deprehensas abigit, etc. : Rabanus, CVII, 495. — *Et erit in novissimis diebus ttus mons domus Domini in vertice montium* (*Isa.* quippe mons, mons domus Domini est, id est , quæ est domus Domini supra Christum fundata : Halberstat., CXVI, 729. — *Consurge, induere form tuam, Sion : induere vestimentis gloriæ tuæ, m civitas sancta* (*Isa.* LII). Potest et ad præsenam referri Jerusalem, id est Ecclesiam : *id.*, *Lauda, sterilis, quæ non paris*, etc. (*Isa.* LIV). Pom Ecclesia, quæ in Judæis deserta erat, sterilis apquia Domino adveniente filios ejus non pariebat, *id.*, *Et venict Desideratus cunctis gentibus, et implebo istam gloria* (*Agg.* II). Po tquam ergo Christus ipleta est domus Domini, id est Ecclesia, quæ est Dei de vivis lapidibus ædificata, *id.*, CXVIII, 217. ia de constitutione sanctæ Ecclesiæ, quæ tam is quam ex gentibus constat : *id.* 248. — Salomon uit hunc libellum (*Cant.*) de nuptiis Christi et Eccle- 295. — Sancta Ecclesia designatur per cœlum, simiper mulierem (*Apoc.* XII) : *id.*, 1089. — Vel certe em candidam Ecclesia intelligitur (*Apoc.* XIV), *id.*, - *Mulierem* (*Gen.* III) hic Ecclesiam Quæ ab Isaia de sint prædicta : S. Augustinus LXI, 585, 536. Aggæus Christum et Ecclesiam hac apertius bre- vitate prophetat : *Adhuc unum modicum et ego commovebo cœlum, et terram, et mare, et aridam*, etc., *id.*, 593. Zacharias de Christo et Ecclesia : *Exulta*, inquit, *filia Sion ; jubila, filia Jerusalem ; ecce Rex tuus veniet tibi*, etc., *id.*, 594. Malachias prophetans Ecclesiam quam per Christum cernimus propagatam, Judæis apertissime dicit ex persona Dei : *Non est mihi voluntas in vobis*, etc., *id.*, 594. De prophetia Danielis et Ezechielis quæ in Christum Ecclesiamque concordat, *id.*, 592. Ecclesiam Christi ipsam esse prædictam : unde dicitur : *Sedes autem gloriæ exaltata est, sanctificatio nostra* (*Jerem.*, XVII, 10, 12), XLII, 289. Quis mons, nisi is qui secundum prophetiam Danielis ex parvo lapide crevit, et factus est mons magnus, ita ut impleret universam terram (*Dan.*, II, 34), *ibid.* Ego sum Ecclesia de qua illi in eodem psalmo dicitur, et tanquam factum quod futurum fuerat prænuntiatur : *Astitit Regina a dextris tuis*, etc. *id.*, XL, 175. Ita ergo dicit Isaias, incipiens ab humilitate Christi, et se postea convertens ad alloquendam Ecclesiam : Delectare sterilis quæ non paris : *id*, XXXIV, 1065. — Nunc Sion mons quod sit Ecclesia, docet propheta qui dicit : *Ego Dominus excitabo Sion in gentibus*, etc. : Arnobius Junior., LIII, 329. — Legimus in eodem apostolo dictum de Ecclesia : *Lætare sterilis, quæ non paris*, etc. : S. Maximus Taurin., LVII, 469. — *Osculetur me osculo oris sui.* Vox Ecclesiæ hæc est venientis ad Christum in osculo : S. Justus Urgell., LXVII. 963. *Ecce tu pulchra es, amica mea.* Christus Ecclesiam, quam amicam pacis suæ osculo fecit, bis pulchram pronuntiat, *id.*, 968. *Introduxit me in cellam vinariam*, Ecclesia in cellam vinariam introducitur, quando hæc apostolica congregatio Spiritu sancto repletur, *id.*, 970. *Columba mea in foraminibus petræ.* Non aliud Ecclesia columba vocatur, nisi quia est sine dolo et Spiritu sancto repletur, *id.*, 972. *Quæ est ista quæ ascendit per desertum?* Per desertum ascendit Ecclesia, quando populus gentium, fide occupans credentium multitudinem, proficit, *id.*, 974, 975. *Columnas ejus fecit argenteas.* Sustentacula Ecclesiæ præparantur ex doctis vel apostolis, *id.*, 975. *Soror nostra parva, et ubera non habet* Ecclesia ex gentibus veniens, etc. *id.*, 991. — *Mulier amicta sole et luna sub pedibus ejus* : id est Ecclesia Christo induta, propter ejus dilectionem mutabilia cuncta calcantem : Primasius Adrumet., LXVIII., 872. *Et in capite ejus corona stellarum duodecim*, id est Ecclesiæ; duodenario apostolorum numero primordia dicit fundatæ mox Ecclesiæ, decorari, *id.*, 873. *Veni, ostendam tibi novam nuptam, uxorem agni*, id est Ecclesiam, *id.*, 923. Hinc Isaias (cap. III) : *Erit*, inquit, *in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, ibid.* — *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens* (*Cant.*, VI, 9)? Quasi aurora quippe electorum surgit Ecclesia, quæ pravitatis pristinæ tenebras deserit, et sese in novi luminis fulgorem convertit. S. Gregorius Magnus, LXXV, 648. Apte enim Ecclesia auroræ comparata describitur, quæ per cognitionem fidei a peccatorum suorum tenebris in clara luce justitiæ commutatur, LXXVI, 62. *Omnis gloria ejus Filiæ regum ab intus* (*Psal.*, XLIV, 14). Filia quippe regum Ecclesia quæ in bono est opere spiritualium principum prædicatione generata, LXXV, 853. *Agrum non suum demetunt, et vineam [ejus quem vi oppresserint vindemiant* (*Job*). Potest agri vel vineæ nomine universa Ecclesia designari *id.*, 1150. *Ædificabitur civitas Domino*, etc. (*Jerem.*, XXXI, 38). Civitatem quippe esse Domini sanctam Ecclesiam nullus ignorat, LXXVI, 333. *Jerusalem quæ ædificatur ut civitas* (*Psal.*, CXXXI, 3). Et ipsa est civitas, scilicet sancta Ecclesia, quæ regnatura in cœlo adhuc laborat in terra, *id.*, 938. *Ecce etiam luna non splendet*, etc. (*Job*). Quid per lunam, nisi cuncta simul Ecclesia, *id.*, 21. *Surge, Aquilo, et veni, Auster, perfla hortum meum* (*Cant.* IV, 5). Qui hortum Dei, id est sanctam Ecclesiam perflat. *id.*, 799. *Mulier amicta sole et luna sub pedibus ejus* (*Apoc.*, XII, 2). Sancta autem Ecclesia, quia superni luminis splendore protegitur, quasi sole vestitur, quia vero cuncta temporalia despicit, lunam sub pedibus ejus premit, *id.*, 731. *Quæ est ista quæ progreditur?* etc. (*Cant.* VI, 9) Ecclesia sancta quasi aurora consurgens in judicio ultimo progreditur, LXXIX, 530. *Osculetur me osculo oris sui* (*Cant.*). Suspirans sancta Ecclesia pro adventu Mediatoris Dei et hominum, ad patrem orationem facit, ut filium dirigat, etc., *id.*, 478. *Introduxit me rex in cubiculum suum* (*Cant.*, I. 3). Ecclesia Dei, quasi quædam domus regis est : et ista domus habet portam, habet ascensum, habet triclinium, habet cubicula, *id.*, 483. Hæc verba : *Nigra sum, sed formosa*, quomodo ad Ecclesiam referuntur, *id.*, 486. *Vox turturis audita est in terra nostra* (*Cant.*, II, 12). Quid per turturem, nisi Ecclesia? *id.*, 499. *Surgam, circuibo civitatem* (*Cant.*, III, 2). Quid

per civitatem in hoc loco, nisi Ecclesiam, *id.*, 502. *Quæ est ista quæ ascendit per desertum?* (*Cant.*, III, 6). In deserto, Ecclesia in hoc mundo vivit, dum a regno exsul inter bestias, dæmones videlicet. degit, *id.*, 504. *Hortus conclusus soror mea sponsa* (*Cant.*, IV, 12). Hortus sancta Ecclesia exsistit, quia dum populos multos in fide gignet quasi flores pulchros bona terra emittit, *id.*, 513. — Dicit qui diabolus contrarius est: Remigius Antissiod., CXXXI, 66. — In Canticis sponsus Deus est, sponsa vero Ecclesia: Anselmus Laudun., CLXII, 1189. *Mulier* (*Apoc.*, XII) significat Ecclesiam: quia sicut mulier parit et nutrit ita Ecclesia parit homines in lucem et fidem, et nutrit eos omni verbo divino, *id.*, 1543. — Vox Ecclesiæ ad Christum (*Cant.*): S. Bruno Sign., CLXIV, 1235. Hæc enim *mulier* (*Apoc.*, XII) Ecclesia est, quæ sole, pulchritudine, splendore circumamicta et multos suæ claritatis lumine ad se, et post se attraxit amatores, CLXV, 667, 888. — Quæ de Ecclesia prædicuntur ab Isaia et Daniele: Rupertus abb., CLXVII, 1282. Significabat namque *mulier* illa (*Apoc.*, XII) sanctam Ecclesiam, CLXIX, 1010; CLXX, 34. — Ecclesia sponsa Christi adventum sponsi desiderat (*Cant.*): Honorius Augustod., CLXXII, 359. — Salomon divinitus inspiratus, Christi et Ecclesiæ laudes cecinit (*Cant.*): S. Bernardus Clarev., CLXXXIII, 788. Qualiter sponsa, id est Ecclesia, trahi se optat post sponsum, id est Christum (*Cant.* 3) *id.*, 872. De nigredine et formositate sponsæ, id est Ecclesiæ (*Cant.* I, 4), *id.*, 899. — Quomodo Ecclesia reperit divitias divinæ misericordiæ in foraminibus vulnerum Christi (*Cant.*, II, 13) *Mulier scilicet amicta sole* (*Apoc.*, XII) sanctam Ecclesiam significans, quæ est amicta et cooperta, et undique munita Jesu Christo sponso suo defensore: S. Martinus Legion., CCIX, 365.

LVI.

INDEX DE MIRACULIS

ORDINE RERUM DIGESTUS ANALOGICO.

MONITUM.

In hoc Indice agimus: I De miraculis generatim sumptis; II De miraculis Veteris Testamenti; III De miraculis Novi Testamenti; IV De miraculis tempora apostolica sequentibus quæ scilicet Patres ipsi operati sunt vel, ab aliis fide dignis audierunt, et in suis scriptis consignavere; V De falsis quibuslibet miraculis seu rectius prodigiis, etsi stupendis, quæ astutia et arte dæmonum, imprimis ante Christi adventum, divulgabantur; VI Alphabetice tandem damus nomina Patrum qui chronologice tantum indicantur in prædictis articulis.

I. *De miraculis generatim sumptis.*

Cum hoc quæsitum latius pateat, et incircumscriptum tractet de possibilitate, esse, causa, ratione, modo, vi probante, etc., miraculorum, discutique possit de auctoribus miraculorum, seu suo, ut si quis sit, Deus, seu alieno nomine, si solum sit missus, agentibus, nullo stante miraculo, nisi divinitate operante, per ratiocinium quod potest urgeri erga quemlibet mira patrantem, huic monito solum Christum, velut ad trutinam subjiciemus, nihil unquam nulloque testimonio aptiore ad scopum nostrum stabiliendum, irrefragabiliterque probandum. Unde cum Arnobio audacter dicimus: Ergone ille mortalis aut unus fuit e nobis, cujus imperium, cujus vocem popularibus et quotidianis verbis missam, invaletudines, morbi, febres atque alia corporum cruciamenta fugiebant? Unus fuit e nobis cujus fœde vitiligines jussioni obtemperabant pulsæ statim, et concordiam colorum commaculatis visceribus relinquebant? Unus fuit e nobis cujus ex levi tactu stabant profluvia sanguinis, et immoderatos cohibebant fluores? Unus fuit e nobis cujus manus intercutis veternosæ fugiebant undæ, penetrabilis ille vitabat liquor et turgentia viscera salutare ariditate deflabant? Unus fuit e nobis qui claudos currere præcipiebat? Unus fuit e nobis qui debilitatibus variis morbisque vexatos centum, aut hoc amplius semel una intercessione sanabat, cujus vocem ad simplicem furibunda et insana explicabant se maria, procellarum turbines tempestatesque fidebant; qui per altissimos gurgites pedem ferebat illutum, calcabat ponti terga, undis ipsis stupentibus, in famulatum subeunte natura; qui sequentiam se millia quinque, quinque saturavit panibus, ac ne esse præstigiæ, incredulis illis videretur et duris, bis senarum sportarum sinus reliquiarum fragminibus aggerebat? Unus fuit e nobis, qui redire in corpora jamdudum animas præcipiebat efflatas prodire ab aggeribus conditos, et post diem funeris tertium pollintorum voluminibus expediri? Unus fuit e nobis, qui quid singuli volverent, quid sub obscuris cogitationibus continerent, tacitorum in cordibus pervidebat? Unus fuit e nobis, qui cum unam emitteret vocem ab diversis populis et dissona voce loquentibus, familiaribus verborum sonis, et suo cuique utens existimabitur eloquio? Unus fuit e nobis, qui cum officia religionis certæ suis sectatoribus traderet, mundum totum repente complebat quantusque et qui esset, revelata nominis immensitate, monstrabat? Unus fuit e nobis qui, deposito corpore, innumeris se hominum prompta in luce detexit, cujus nomen auditum fugat noxios spiritus, imponit silentium vatibus. Istas virtutes non tantum ipse perfecit vi sua, verum quod erat sublimius, multos alios experiri et facere sui nominis cum affectione permisit. Nam cum videret futuros nos esse gestarum ab se rerum divinique operis abrogatores, ne qua subesset suspicio magicis se artibus munera illa beneficiaque largitum, ex immensa illa populi multitudine, quæ suam gratiam sectabatur admirans, piscatores, opifices, rusticanos, atque id genus delegit imperitorum, qui per varias gentes missi, cuncta, illa miracula sine ullis fucis atque adminiculis perpetrarent? Quid dicitis, o mentes incredulæ, difficiles, duræ? Alcuine mortalium Jupiter ille Capitolinus hujusmodi potestatem dedit? » Tot ergo tantæque virtutes invicte demonstrant, omnibus fatentibus, miracula præcipuum esse signum et sigillum ultimum in terris ad probanda suam divinam operationem divinasque voluntates.

TERTULLIANUS. — Omnia ex nihilo creat., I, 334. Verbo fieri jussit Deus, ratione composuit, virtute sua condidit, 375. Christi miracula probant eum esse Deum et hominem, 400. Motuum omnium primus auctor Deus, 590. Deus naturæ dominus et auctor, II, 83. Dei posse velle est, et non posse nolle; quod autem voluit, et potuit et ostendit, 166. Cui natura nulla est, naturalia instrumenta non suppetunt, 266. Omnis situs, habitus elementorum, effectus, motus, status, ortus, occasus singulorum judicia sunt Creatoris, 299. Deo nihil impossibile, nisi quod non vult, 756. Miracula credere debemus, 760. Mortuum suscitari nihil aliud est quam integrum fieri, 878. Naturæ mutationem jejunia merentur, 963.

S. CYPRIANUS. — Christus est virtus Dei, ratio, sapientia et gloria, III, 578. Christus verbo et vocis imperio dæmonia de hominibus expulit, paralyticos restrinxit, leprosos purgavit, illuminavit cæcos, claudis gressum dedit, mortuos rursus animavit, coegit elementa sibi famulari, servire ventos, maria obedire, inferos cedere, ita ut Judæi qui illum crediderant hominem, tantum de humilitate carnis et corporis, existimabant magnum de licentia potestatis, 580. Quandoque fiunt miracula ab extraneis, 1181, 1192. Nihil prodest miracula facere, nisi recti et justi observatione gradiatur, IV, 511.

COMMODIANUS. — Carmen contra ridicula deorum ethnicorum inventa, V, 201 *et seqq.* Christo et resurrectioni credendum, 220, 221, 222.

ANTONIUS. — In Carmine contra gentes, miracula creationis describit, V, 278 *et seqq.*

S. VICTORINUS mart. — Dei potentiam celebrat in opere De fabrica mundi, V, 301 *et seqq.* Visiones et revelationes Apocalypsis laudat et explicat, 317 *et seqq.*

ARNOBIUS. — Demonstrat vera esse miracula Christi, V, 781 *et seqq.* Ejus miracula præsertim ipso moriente quanta sit illius potestas ostendunt, 791. Miraculorum Christi veritas probatur ex testibus locupletissimis, 792; item ex veloci propagatione religionis christianæ, 793. — Ethnici objicientes quod Christus humanam induerit naturam et humano modo interemptus sit, refelluntur, 800, 801.

LACTANTIUS. — Dei consilia et dispositiones cogitatio humana non potest assequi, VI, 113. Nullo modo potest comprehendi, 152. Vis ejus et majestas a Platone prædicata, 153. Est vere omnipotens, 153. Ex nihilo fecit omnia, 298. Solus habet cum Filio rerum omnium potestatem, 338. Deo nihil est clausum aut secretum, 724. De inenarrabili ipsius potestate etiam in incorporalia, 800. Excitavit Deus principes, qui tyrannorum nefaria et cruenta imperia resciderint, humano generi providerunt, ut jam, quasi discusso transactis temporis nubilo, mentes omnium pax jucunda et serena lætificet. Nunc post tantæ tempestatis violentos turbines placidus aer et optata lux refulsit. Nunc placatus servorum suorum precibus, Deus jacentes et afflictos cœlesti auxilio sublevat. En nunc mœrentium lacrymas, exstincta impiorum conspiratione, deterget; et qui illuctati erant Deo, jacent; qui templum sanctum everterant, ruina majore ceciderunt; qui justos excarnificaverunt, cœlestibus plagis et cruciatibus meritis nocentes animas profuderunt; serius quidem, sed graviter ac digne. Distulerat enim pœnas eorum Deus, ut ederet in eis magna et mirabilia exempla, quibus posteri discerent, et Deum esse unum, et eumdem vindicem, digna videlicet supplicia impiis ac persecutoribus irrogare, VII, 191, 192.

CONSTANTINUS MAGNUS. — Deus omnium quæ gignuntur est principium, VIII, 405. Omnibus quæ mundi complexu continentur, subsistendi ac vivendi hinc suppetit causa VIII, 405. Plerique homines hujus rerum omnium distinctionis atque ornatus causam naturæ tribuunt; alio fato vel fortuito casui assignant, hujusmodi rerum potestatem fato ascribentes. Neque intelligunt se, cum fatum nominant, nomen quidem proferre, sed nullum actum nullamque substantiam designare. Quid enim ipsum per se fatum esse possit, cum natura omnia procreaverit, aut quid censebimus esse naturam, si lex fati violari non possit? Sed ex eo quod fatalis lex esse dicitur, cum omnis lex opus sit alicujus legislatoris, satis apparet fatum ipsum, siquidem lex est, Dei opus atque inventum esse. Cuncta igitur Deo subjecta sunt, nec quidquam ejus est potentiæ expers. Cæterum fatum Dei voluntatem esse ac censeri minime improbamus, 412, 413.

S. HILARIUS. — Miraculorum possibilitas astruitur, IX, 411, 412. Et colligitur ex creatione hominis, 566. Dei revelationes hominibus, 619. Omnia magnifica et præclara opera Deum esse testantur, 761. Miracula corporaliter gesta, IX, 761. Deus solus miracula operatur, IX, 772. Christi opera quis sit testantur, 810. Sanctitas operum Dei verborum fidem firmat, 862. Christi gesta non succumbunt naturalibus mentium sensibus, X, 34. Deus non subjacet naturæ legibus, a quo legem omnis natura sortitur, 339.

S. ZENO. — Christi operibus credendum, XI, 389. Sæculorum genitor Virginis immortalis factus filius, sibi homini moritur, XI, 403. Resurrectio carnis Christianis credenda, 377, 378, 381.

S. OPTATUS. — Credere necesse est Dei Filium per Mariam Virginem secundum hominem natum esse, passum, mortuum et sepultum fuisse, et post hæc resurrexisse, XI, 885. Mirabilem et realem Christi præsentiam in Eucharistia agnovit S. Optatus, 765.

S. AMBROSIUS. — Moyses nec falli, nec fallere potuit; nam eruditus in omni scientia Ægyptiornm, subsidiis regalibus fultus, omnibus sæcularibus prudentiæ disciplinis informari atque instrui desideravit qui cum de aqua nomen acceperit, non putavit tamen dicendum quod ex aqua constarent omnia ut Thales dixit. Et cum esset in aula educatus regia, maluit tamen pro amore justitiæ subire exsilium voluntarium quam in tyrannidis fastigio peccati perfunctionem deliciis acquirere, naturali æquitatis studio provocatus in secretum Æthiopiæ se contulit. Ibidem a cæteris negotiis remotus totum divinæ cognitioni animum intendit, ut gloriam Dei facie ad faciem videret. Itaque Moyses non in persuasione humanæ sapientiæ, nec in philosophiæ simulatoriis disputationibus, sed in ostensione spiritus et virtutis tanquam testis divini operis ausus est dicere : « In principio fecit Deus cœlum et terram, » XIV, 124, 125. — Ex Deo materia, per ipsum operatio quæ ligavit atque constrinxit universa in ipsum, quia quando vult, omnia ejus virtute manent atque consistunt, et finis eorum in Dei voluntatem recurrit et ejus arbitrio resolvuntur, XIV, 131, 132. Neque creatura legem tribuit, sed accepit et servat acceptam, XVI, 133. Deo impossibile nihil est, XVI, 147. Neque in hac creatura mundi, si qua nobis difficilia intellectu videntur, et incomprehensibilia ingenio nostro, temerario quodam debemus condemnare judicio, XVI, 277. Per sapientiorem serpentem a quo decepta est mulier intelligendus est ille adversarius qui tantum habet hujus mundi sapientiam, XVI, 301. Quomodo diabolus hominem tentat XIV, 302, 306. Plurima sunt quæ nostro ingenio non metienda sunt, sed ex altitudine divinæ dispositionis et verbi sunt æstimanda; neque dubitandum neque reprehendendum quod in paradiso diabolus erat; miraculum in elementis, documentum in mysteriis, XIV, 1633. Miracula, per gentes, ante Christum, vel raro, nulla, 1663. Miracula divinæ potestatis non omnium est mereri, sed eorum quibus religiosæ devotionis studia suffragantur, XVI, 240, 241. Homines qui suscitaverunt mortuos, non in sua virtute id fecerunt, sed in Christi nomine, 595. Miracula a SS. Gervasio et Protasio patrata, ab Arianis negari non possunt, 1025.

S. HIERONYMUS. — Nihil mendacii dicitur in sacris Scripturis, XXII, 566. Quanta audivimus et vidimus, ea et patres nostri nuntiaverunt nobis, XXII, 566. Nulli dubium est revera facta esse quæ scripta sunt, quasi aliud littera sonet, et aliud spiritus clausum teneat, XXII, 698. Respondetur objectionibus contra miracula, XXII, 900. In signorum magnitudine non naturæ mutatio, sed Dei omnipotentia demonstratur, XXII, 901. — Argumenta contra miracula, XXIII, 348. Multæ sunt præstigiæ et innumerabiles laquei quibus animæ capiuntur humanæ, sed obturabimus aures nostras, ne audiamus voces incantantium et sirenarum carmina negligamus, XXII, 719. Miraculorum vis et potentia demonstratur, XXIII, 348. Signa apud barbaras nationes quare fiant per servos Dei, XXV, 527. Error gentilium quo putant deos esse quos supra se vident XXV, 504.

S. AUGUSTINUS. — Deus tentatur, cum miracula flagitantur, non ad salutem, sed ad experientiam, XXXII, 802. Quare miracula, in aliis locis fiant, in aliis non fiant, Dei consilium, XXXIII, 269. Miracula videndi consuetudine mira non sunt, XXXIII, 372. Tres viros ab ignibus et Danielem a leonibus Deus liberavit, ut consuleret saluti regum illorum, a quibus in illa supplicia tradebantur, XXXIII, 425. Mirabilia Dei universa ideo ab infidelibus non creduntur, quia ratio eorum non videtur, XXXIII, 454. Multi sunt quos ad invisibilium fidem visibilibus miraculis excitari opus est, XXXIII, 454. Miracula quotidie in rerum natura eduntur, quæ præ consuetudine vilescunt, XXXIII, 519. Miracula non sunt signa sapientiæ, XXXV, 1307. Miracula Deus quotidie facit quæ homines non mirantur, XXXV, 1450. Ille qui facit miracula præter veritatem, nihil est, XXXV, 1501. Inusitata quædam servavit Deus quæ fecerat, ut dormientes homines excitaret, XXXV, 1450. Omnia quæ fecit Dominus Jesus non solum valent ad excitanda corda nostra miraculis, sed etiam ad ædificanda in doctrina fidei XXXV, 1458. In miraculis Christus saluti animarum magis consuluit quam saluti corporum, XXX, 1527. Miracula ad intelligendum Deum de visibilibus mentem humanam admonent, XXXV, 1592, 1593. Miracula fidem firmant, XXXV, 1752. Miracula habent linguam suam, XXXV, 1593. Miracula sunt Christi opera et verba; miracula quædam fecit Christus, quæ nemo alius fecit; quædam alii fecerunt quæ ipse non fecit, XXXV, 1860, 1861. In miraculis faciendis apostoli non sibi potentiam Domini sui arrogabant, XXXVII, 1197. Miracula aliter a Christo, aliter a sanctis patrata, 1432, 1440. Quomodo Christianus in alio faciente miracula ipse faciat, 1707. Miraculis corporalibus ædificabat Christus fidem, XXXVIII, 339. Ecclesiæ postea fides sine miraculis laudabilior, 539. Miracula nunc Christus majora operatur, 540. Miracula Domini in corporibus et in animis, 591. Miracula Christi propter significationem facta. 592. Si cœperis humano sensu discutere miraculorum rationem, time ne perdas fidem, 1157. Miracula sanitatum cur non omnes obtineant, 1299. Novit Deus quomodo miracula sua debeat commendare, novit agere ne vilescant, 1299. Miracula quædam, etiam scelerati homines aliquando faciunt, qualia sancti facere non possunt; Cur a malis fieri aliquando miracula sinitur, aliquando non; miracula alio fine aliaque potestate ei jure fiunt per magos et per sanctos; aliter per bonos, aliter per malos Christianos, XL, 91, 92. Miracula fiebant simplici fide pietatis, non incantationibus, XLI, 286, 291. — Miracula quam multa in Veteri Testamento facta ad commendandum Dei cultum, 286. Miracula magica, plerique specie tenus mortalium sensus imaginaria ludificatione decipiunt 295. Miracula deorum cum nostris non sunt conferenda, 295. Respondetur his qui miracula in Scri-

pturis sacris relata falsa esse dicunt, 296, 297. Non ideo aliquid non fuit vel futurum non est, quia ratio reddi non potest, 714. Miracula ethnicorum aut magicarum artium ope, aut per ipsos dæmones fiebant, 717. Miracula multa videntur quæ fiunt ab hominibus usu creaturarum, 718. Miracula etiam nunc fiunt in nomine Christi, 760, 769. Miracula quæ nunc fiunt non tanta quanta prima illustrantur gloria, 760. In miraculis est quædam Dei eloquentia, 770. Miracula an fiant operationibus martyrum, an precibus tantum eorum 771. Miracula martyrum et falsorum deorum comparantur, 772. Miracula proprie quænam, 879. Miracula quomodo fiant, ab homine comprehendi non potest, 881. Miracula an nullo fiant modo, 63, 64. Cur modo non fiant, XLII, 90. Miraculum quid et quotuplex, 90. In miraculis tota ratio facti est voluntas facientis, 519. Miracula sola veritas facit, 876. Potentius est conjungi Omnipotenti pia voluntate quam propria potestate et voluntate posse quod contremiscant qui talia non possunt, 957.

JOANNES CASSIANUS. — Dei gratia non in mirabilibus, sed in humilitate consistit XLIX, 1004. Miraculum majus est luxuriæ fomitem a se expellere, quam dæmones ex alienis corporibus 1007. Quantum vitæ probitas ipsa præcellat miracula 1008.

S. PROSPER. — Miracula Christi, cur apud credituros non facta, apud non credituros facta sint, inscrutabile, LI, 198. Prophetiæ auctoritas non humana est, sed divina, 371. Prophetia lucerna erat in tenebris, 381. Mirabilia quæ Deus solus fecerit, 337, 388. Aliqua miracula per angelos et homines facit Deus, 388. Mirabilia Dei vident quibus prosunt, 442. Mirabilia Dei quotidiana, visibilia et invisibilia; a visibilibus ad invisibilia transeundum, 445. — Miracula non sunt contra naturam, etsi ita nobis videatur, 469.

S. PETRUS CHRYSOLOGUS. — Miracula quibus præstanda, LII, 222. Signa dæmoni, 222. Miraculorum virtutes a Deo sunt, 334. Miraculum singulare, visa non videre, scita nescire, credita non credere, 430. Indicium credulitatis ex miraculis discipulorum Christi, 435. Christum esse Deum ostendunt miracula, 480. Miracula lassant, nec proficiunt in Judæis, 486, 487. Quid fecerit Christi miraculum, 493.

AUREL. PRUDENTIUS. — De oraculis paganorum, LIX, 959. Miracula Christi, LX, 104. Miracula patrandi virtus a Deo communicata martyribus 292. Miracula ad sepulcra martyrum, 291, 407.

S. PAULINUS NOLANUS. — Miracula quæ a Christo fuerunt patrata, Judæos non ad credendum, sed ad blasphemandum provocarunt. LXI, 410. Miracula tam Veteris quam Novi Testamenti manifeste declarant omnia Deo subjacere, non fato, 607.

EUGYPPIUS. — Miracula cur non fiant; etiam nunc fiant; mira cur primo discipuli effecerint, LXII, 803, 804.

JUNILIUS. — De auctoritate divinarum Scripturarum quæ miraculis scaturiunt, LXVIII, 20. Quomodo Dei nutu omnia creata sunt, 25.

S. GREGORIUS MAGNUS. — Miracula non debent discuti per intellectum, LXXV, 738. Cur miracula miremur, et Dei mira opera ipso usu nobis viluerint, 738. Cur Christus faciebat miracula in die, et in nocte vacabat orationi, 760. Qui invisibilia despiciunt, visibilibus miraculis moveri possunt, LXXVI, 410, 721. Miracula prædicatoribus sanctis necessaria, 410, 827. Miracula sanctorum nostræ insensibilitatis tenebras illustrant. 410. Signa non fidelibus, sed infidelibus data, 420, 1082, 1215. Miracula non eosdem effectus producunt in omnibus, 423. Miraculis sanctorum fracta est tyrannidis violentia, 469. Potestates hujus mundi rigidas non verbis Deus, sed miraculis fregit, 573. In fine mundi miracula substrahentur ab Ecclesia Dei, 721. Miracula sanctorum nostra sunt propugnacula, 972. Non sunt certa sanctitatis argumenta, 998, 1215. Electorum et reproborum miracula in quo differant, 998. Sola est in miraculis ratio, potentia facientis, 1034. Concessa infirmis miracula, 1082. Miracula Christi aliud ostendunt per potentiam, aliud per mysterium loquuntur, 1082. Miracula veram fidem consequentia quæ sint intelligenda, 1215. Miracula aliquando sanctitatem probant, sed non faciunt, 1215. Cur miraculis sepulcra martyrum illustrentur, 1257. Potestas miraculorum ex Veteri et Novo Testamento Ecclesiæ vindicatur, LXXVII, 134, 139, 140. Miracula in sacra Scriptura signata fidem omnem superant, 139. Miraculis anteponenda virtutum exempla, 141. Per miracula Patrum intelligi possunt tam stupenda virtutum opera quam signa, 143. Frequentia miracula ad sepulcra martyrum, eorum animas vivere probant, 329. Miracula quandoque a reprobis sunt facta, 1141.

Testimonium tandem hujus Patris mirum de mirabilibus Dei, parcat lector, referendum est integrum : Omnipotentis Dei, ait S. Doctor (LXXV, 737), mirabilia quis perscrutat sufficiat, quod cuncta ex nihilo creavit quod ipsa mundi fabrica mira potentiæ virtute disposita est, et super abyssum terræ libratur; quod ex rebus, invisibilibus omnis hæc universitas ac visibilibus exsistit, quod hominem fecit, ut ita dixerim, in brevi colligens mundum alterum, sed rationalem; quod hunc ex anima et carne constituens, investigabili virtutis dispositione permiscuit spiritum et lutum? Ex his itaque aliud novimus, aliud et sumus; sed tamen mirari negligimus, quia ea quæ incomprehensibili indagatione mira sunt, humanis oculis usu viluerunt. Unde fit ut si mortuus homo suscitetur in admirationem omnes exsiliant, et quotidie homo qui non erat nascitur, et nemo miratur, cum procul dubio omnibus constet quia plus sit creari quod non erat, quam reparari quod erat. Quia arida Aaron virga floruit, cuncti mirati sunt; quotidie ex arente terra arbor producitur, virtusque pulveris in lignum vertitur, et nemo miratur. Quia quinque sunt panibus quinque millia homines saturati, crevisse escas in dentibus cuncti mirati sunt; quotidie sparsa grana seminum, plenitudine multiplicantur spicarum, et nemo miratur. Aquam semel in vinum permutatam videntes cuncti mirati sunt; quotidie humor terræ in radicem vitis attractus, per botrum in vinum convertitur, et nemo miratur. Mira sunt itaque omnia quæ mirari homines negligunt, quia ad considerandum usu torpescunt. Sed inter hæc sciendum est quia divina miracula et semper debent considerari per studium, et nunquam discuti per intellectum. Sæpe namque humanus sensus, dum quarumdam rerum rationem quærens non invenit, in dubitationis se voraginem mergit. Unde fit ut nonnulli homines mortuorum corpora in pulverem reducta considerent; dumque resurrectionis vim ex ratione colligere non possunt, hæc ad statum pristinum redire posse desperent. Mira igitur, ex fide credenda sunt, perscrutanda per rationem non sunt, quia si hæc nostris oculis ratio expanderet, mira non essent. Sed cum in his fortasse animus titubat, necesse est ut ea quæ per usum novit, nec tamen per rationem colligit, ad memoriam reducat, quatenus rei similis, argumento fidem roboret, quam labefactari sua sagacitate deprehendit. Considerato quippe humanæ carnis pulvere, quorumdam mens concussa desperat, quando pulvis ad carnem redeat, et redivivum corpus per membrorum lineamenta componat, quando illa terræ ariditas per viventia membra viridescat, ac se per eorum species formasque distinguat. Hoc nimirum comprehendi per rationem non potest, sed tamen credi facile per exemplum potest. Quis enim ab uno grano seminis, immensam surgere arborem crederet, nisi certum hoc per experimentum teneret? In tanta namque unius grani parvitate et pene nulla sui dissimilitudine, ubi latet ligni duritia, et ligno tenerior vel durior medulla, asperitas corticis, viriditas radicis, sapor fructuum, suavitas odorum, colorum diversitas, mollities foliorum? Et tamen quia hoc per experimentum novimus, ex uno grano seminis prodire omnia non dubitamus. Quid ergo est difficile, ut pulvis in membra redeat, dum Conditoris quotidie potentiam cernimus, qui et ex grano ligna mirabiliter et adhuc mirabilius fructus ex lignis creat? Unde divinorum operum magnitudo nec ex qualitate valet discuti, nec ex quantitate numerari.

VITÆ PATRUM. — Miraculorum vis, LXXIII, 160, 161. Miracula orationibus, non præceptis sanctorum fiunt, LXXIII, 163, 164. Miracula per vestimenta et oleum benedictum, LXXIII, 252, 253. Miracula qua virtute fiant, LXXIV, 14. Miracula pignus doctrinæ, LXXIV, 104. Miracula cur in Ecclesia fiant, LXXIV, 238.

TAIO episcop. Cæsaraugustan. — Dei mirabilia quid hominem perscrutari sufficiat, LXXX, 741. Deus magna facit et inscrutabilia, LXXX, 742. Miracula Dei quæ ex fide credenda sunt, perscrutanda per rationem non sunt, LXXX, 742. Miracula fuerunt necessaria in exordio Ecclesiæ, LXXX, 871. Infideles sanctitatem existimarunt in miraculis, LXXX, 806.

S. ISIDORUS Hispalens. — Ecclesiæ data est potestas operum, LXXXIII, 591. Mundum oportebat miraculis credere, LXXXIII, 592. Cum Antichristus venerit, miracula cessabunt ab Ecclesia, LXXXIII, 592. Quid sit discrimen inter miracula, portenta, ostenta, prodigia et monstra, LXXXII, 470, et LXXXIII, 56.

SEDULIUS SCOTUS. — Signa virtutum magis auctoritatem dant signis, CIII, 17. Signum quid, CIII, 48. Nihil naturæ considerat fides quia summipotentem novit eum qui eam movet, CIII, 50.

S. AGOBARDUS Lugdunens. episc. — De illusione signorum, CIV, 24. Sancti agunt mirabilia non ut causæ, sed ut media et instrumenta, CIV, 26. De interventu angelorum et diaboli in actibus hominum, CIV, 180, 183,

Neque angelis neque sanctis deferendus est cultus divinus, etsi per eos aliquando patrentur miracula, CIV,203.

RABANUS MAURUS. — De variis gentilium superstitionibus, CVII, 392. Dei voluntas fundamentum est universorum CVII, 444. Miraculis quis fieri potest clarus, sed non sanctus, CXI, 104. Varia monstra quæ apparuisse dicuntur, CXI, 197 *et seqq.*

S. EULOGIUS. — Miraculorum vera signa ideo per servos suos Dominus congruenti tempore præstat mundo, quoniam præscia divinitate proficere nihilominus præstolantibus eo scit, nec in vanum currere operarios virtutum cognoscit, ut saltem prodigiorum novitatibus cedant, qui sacræ legis præcepta salutaria respuunt... Miracula dum aut propter fidem credentium, aut propter futuram credulitatem astantium Dei providentia operatur, non tam nos in eorum admiratione debemus stupere, quam provida compensatione intueri si eorumdem effectores signorum expulsis vitiis morum honestate præcellant; si sæculo mortuo Deo vivant; si propter illam veram charitatem, quæ cuncta charismatum dona exsuperant, omnes affectiones mundi pro nihilo pensant; si acceptam virtutem non ad suam gloriam, sed ad beneficium referunt collatoris; si attentis auribus cordis, veri magistri admonitione percepta, non quia dæmonia eis subjiciantur tripudiant, sed quia nomina sua scripta sunt in cœlis, exsultant. Et ideirco hæc dinumeratio virtutum in illis prodigiorum auctoribus potius quam ipse signorum effectus est admirandus, et quod sit magis prævium specimen eundi ad regnum quærendum, non vero quod signiferos ac notabiles nos vulgo ostentet, quia sanctitas et timor Domini cultusque regni cœlestis nonnisi ab idoneis et perfectis procedunt... Primis præsertim Ecclesiæ sæculis miraculorum insignia virtus Dei præstabat mundo, ut prodigiorum virtutibus vel mitigaret furentum insaniam quæ beatorum constantiam fatigabat, vel incredulum genus ab infidelitatis errore converteret qui cœlestium jura Scripturarum obduratis præcordiis respuebat. Eratque illo tempore multoties necessarium Dei testes imprimis coruscare virtutum signis, quoniam rudem per ævum diffusum Christianismum nunc instructione verborum, nunc exercitatione Scripturarum, nunc ostensione signorum, nunc etiam tropæis inclytis passionum conabantur radicitus fieri firmum in cordibus credentium populorum... Non omni tempori signorum exercitium congruit, neque omnes cœlestium contemplatione virtutum digni existunt, facile alverti potest ex comparatione eorum quæ gesta sunt ab apostolis. Qui cum vellent bonum nuntium Asianis prædicare, prohibiti sunt a Spiritu sancto (*Act.* XIV, 6, 7); et qui quidem nuntiare Evangelium omni creaturæ præceperat (*Marc.* xv, 13), sciens in Asia nullum exsistere dignum percipiendi evangelicam veritatem, præsaga divinitatis auctoritate discipulos ab eorum salute inhibuit, utpote qui verbum vitæ arroganti spiritu erant rejecturi, neque audirent, quoniam spernerent... Nunc quidem miracula, etsi funditus superna dispensatio inter nos non subtrahit, non hæc sicut prioribus temporibus aperte et multipliciter ostenduntur. Quod tamen mira dispensatione agitur, ut una ex re divina simul pietas et justitia compleatur. Dum enim subtractis signorum virtutibus sancta Ecclesia velut abjectior apparet, tunc et bonorum præmium crescit qui illam pro spe cœlestium, et non propter præsentia signa venerantur; et malorum mens contra illam citius ostenditur, qui sequi invisibilia quæ promittit negligunt, dum signis visibilibus non tenentur. Signa namque virtutum nec omnibus data nec passim quocunque tempore sunt exercenda; nam in fine sæculi (S. Gregor. *Moral.* lib. xxxiv, n. 7) aberunt de Ecclesia virtutum signa. Terribili quippe ordine dispositionis occultæ, priusquam Leviathan in illo damnato homine quem assumet, appareat, a sancta Ecclesia virtutum signa subtrahentur. Nam prophetia absconditur, curationum gratia aufertur, prolixioris abstinentiæ virtus imminuitur, doctrinæ verba conticescunt, miraculorum prodigia tolluntur, CXV, 748, 749, 750. Ibique et passim in Memoriali sanctorum, in Documento martyriali, et in libro apologetico martyrum invincibiliter ostenditur martyrium verum esse et proprie dictum miraculum, cum exsultantibus animis martyres gradient auspicio passionis, parvi pendunt supplicium, perstrepunt hymnos, insonant laudes, psalmos persolvunt, insistunt orationi, qua favente Domino victoriam adipisci prævaleant; cum visitentur ab angelis, dissiliunt vincla, etc..... CXV, 735-870.

HAYMO Halberstatens. episc. — Virtus miraculorum non ab homine, sed a Deo est, CXVII, 620. Signa miraculorum facimus in corpore fragili, et dum alios sanamus ipsi infirmamur, 624. Ipse Spiritus sanctus credentibus arrha est, quia ab illo operationem miraculorum accipiunt, 766. Dæmones per invocationem nominis Christi fugantur, 707. Discipuli Domini signa agebant et miracula, ut a Deo missi esse cognoscerentur, CXVIII, 14. In fine mundi, Ecclesia miraculorum fulgore non resplendebit, 18. Domini miracula quandocunque leguntur non sunt in exemplum trahenda, sed potius admiranda atque veneranda, 126.

S. GREGORIUS VII Pap. — In Appendice datur Vita S. Anselmi episc. Lucens., et ibi dicitur : S. Anselmus mirabilia fecit multa vivus et mortuus. Fecit siquidem et bonus discipulus; magister in Deo, discipulus in Deo, et in beatissimo magistro (Gregorio VII) facit, ut dicitur, plura discipulus. Nec mirum. Plura enim Petrus fecit quam Christus; non equidem propria virtute, sed quia, abnegans semetipsum, secutus est Christum, sicut et hic Pater noster venerabilis (S. Anselmus), quia pium imitatus est in omnibus magistrum (S. Gregorium VII), multas operatur virtutes. Multi enim sunt quorum vitam novimus sanctissimam, sed miraculorum non ostenderunt virtutem. Hic autem non tantum quia vitam fecit religiosam, imo quia fidelem peregit obedientiam, perfecto quoque odio partem odiens excommunicatorum et unitatem diligens atque defendens Catholicorum, miraculis approbat quod sermone docebat. Omnes ergo qui in unitate catholica præceptis domni papæ Gregorii hactenus obedistis, gaudete et exsultate, atque his qui retrorsum abierunt et vestigia veritatis dereliquerunt, ut factis modo credant, dicite, quod verbis olim noluere, CXLVIII, 921.

VALCANDUS MONACH. — Christianæ perspicaciæ esse debet magis requirere atque attendere opera quæ unumquemque sanctum faciunt, quam quæ sanctum ostendunt. Delectatur quidem visibilibus sanctorum factis, sed tamen ad invisibilia eorum facta pervenire omnimodis appetit, et sitibunda mavult ex fonte quam ex rivo suam restinguere sitim. Unde Dominus ait : *In hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subjiciuntur; gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in cœlis* (*Luc.* x, 20); quod utique mereamur animæ sanctitate, non miraculorum ostentatione, maxime cum in die judicii dicturus sit multis qui in ejus nomine virtutes multas fecerint : *Nescio vos* (*Matth.* xi, 29). Ex hinc fides Ecclesiæ ardentius exquirit quales illi quos veneratur, fuerint ex invisibilibus animæ virtutibus, quam quales ex signis visibilibus, quæ profecto sunt lac parvulorum, non solidus cibus perfectorum. Sed sicut a lacte ad solidum cibum pervenitur, sic a signis imperfectio fidei nostræ vegetata, ad solidas animæ virtutes quandoque perducitur, ut jam necesse non habeat sugere, sed ruminare, CLI, 632.

S. BRUNO ordinis Carthusiens, institutor. — Quomodo despicitur a quibusdam Dei potentia quæ tantis olim floruit miraculis, CLII, 722. Deus operatur, et sermones S. Brunonis confirmat sequentibus signis, 722. Vox Dei prodigia posuit super terram, CLIII, 838. Christus apostolos potentes effecit, non tantum in prædicatione, sed et in miraculis, 955. Eorum prædicationi non crederetur nisi miracula operarentur, *ibid.* Dei illuminatio fit per miracula, 1021. Per miracula prædicatorum terreni homines commoti sunt, 1029. Initium habuit Ecclesia per Christi prædicationem, per miraculorum operationem, et Spiritus sancti missionem, 1166. Eos qui in pace vitam finiunt, quantumcunque laudabiliter vixerint, sine certa miraculorum ostensione in catalogo sanctorum non annumeramus, 77. Quidam lapsi sunt, et potestatem habent miracula patrare, *ibid.*

RADULPHUS ARDENS. — Duo sunt quæ promisit Dominus in se credentibus, videlicet quod divina opera operabuntur, et quidquid petierint Patrem in nomine suo consequentur, CLV, 1367. Majus est sanare infirmos ob solam umbram, ut factum est per Petrum, quam propter tactum limbriæ, quod per Christum factum est, 1367, 1368. Majus et mirabilius est quod homo mortuus suscitatur ab homine mortali et etiam mortuo quam quod suscitatur ab omnipotente Deo, 1367.

GUIBERTUS abb. de Novigento. — Signa et visiones non eorum quorum ministerio fiunt, sed aliorum identidem utilitati serviunt, CLVI, 616. Sicut vera sanctorum acta honori Dei, ita et falsa dedecori vertuntur, 620. Fides sæpissime causa miraculorum, 663. Non facile credendum omni miraculo, 662-664. Utrum diaboli mundum hunc inhabitent, 672.

S. ANSELMUS Cantuariens, archiepisc. — Miracula quæ solus Deus facit semper miranda sunt, CLVIII, 446. Multa de creaturis Deus operatur quæ illæ secundum usum suum propriumque nequaquam facerent, 445.

S. BRUNO Signiens episc. — Miracula soli digito Dei

sunt tribuenda, CLXIV, 721. Misericordiæ divinæ miracula, 1112. Major est splendor miraculorum, quam splendor ignis, et multo longius refulget miraculorum fama quam lampadarum flamma, 759.

HERMANNUS ex Judæo Christianus. — Ob animæ conversionem nec a Deo signum aliquod petendum est, nec magnopere exoptandum, cum utique ejus omnipotentiæ facillimum sit absque omni miraculo convertere quem voluerit, et otiosum est signum quod visibiliter foris exhibetur, si ipse per gratiam, in corde hominis, invisibiliter non operetur ; fides quæ miraculis persuadetur, vel nullum vel minimum meritum habet, CLXX, 814.

HUGO A S. VICTORE. — Mirabilium Dei multitudo et profunditas, CLXXVI, 613. Mirabilis Deus in sanctis suis, plus intus quam foris, 622. De multiplici visione, 646. Quod Deus omnia potest, CLXXVII, 68. Majus est de nihilo aliquid facere quam de aliquo plus facere, 286. Aliquid in nihilum redigere soli Deo possibile est, 287.

VEN. HERVÆUS Burgidolens. monach. — Tria sunt genera visionum, CLXXXI, 19. Signa per aliquas rerum corporalium similitudines demonstrantur in spiritu, 20. Pulchritudine virtutum, claritate miraculorum ac prædicationis decorati sunt apostoli, 745. Fides non quærit rationes eorum quæ debet credere, sed omnia imputat virtuti divinæ possibilia, sciens Deo nihil esse impossibile, 831. Idcirco fiunt exteriora miracula, ut mentes hominum ad interiora perducant, quatenus per hoc quod mirum visibiliter ostenditur, ea quæ invisibilia sunt, mirabiliora credantur, 966.

PETRUS VENERABILIS Cluniacens. abb. — Inter Spiritus sancti charismata gratia miraculorum non parvam obtinet dignitatem, utpote quæ tantam in se continet utilitatem, ut maxime per illam et mundus ab infidelitatis tenebris liberatus et æterno lumine veritatis donatus sit, et adhuc in multorum fidelium cordibus, quibus aliquando hoc videre datur, per eam fides augeatur, spes crescat, veritas confirmetur, CLXXXIX, 852.

JOANNES SARESBERIENS. Carnotens. episc. — Unde dicatur præstigium, et quis dicatur ejus auctor, CXCIX, 406. Qui sunt magi et unde dicantur, 407. De speciebus magiæ, 407. Qui sunt incantatores, arioli, aruspices, physici, imaginarii, conjectores, mathematici, sortilegi, augures, *ibid.* Contemnendas non esse rerum naturalium significationes, 407 et 418.

BALDUINUS Cantuariens. archiepisc. — Sancti prophetæ, quamvis ad quædam videnda vel prævidenda a sancto Spiritu illuminati essent, sicut homines tamen, multa permissi sunt ignorare, Deo non revelante, CCIV, 574. De miraculorum necessitate, 586.

II. — *De miraculis Veteris Testamenti.*

III. — *Item de miraculis Novi Testamenti.*

Cum hæc duo quæsita exegissent relationem omnium miraculorum Scripturæ sacræ, quæ frequentius relata frequentem repetitionem expostulassent ; cumque huic operi nimis oneroso suppleatur indice generali *De verbis Scripturæ sacræ contentis in scriptis Patrum ;* indice, qui solus, ut putatur, ultimum Patrologiæ tomum concludet, nos ad hunc indicem, qui revera est Concordantia scripturarum Patrum, remittimus ; etenim facillime percipitur quod, cum scietur ubi Patres tractarunt de voce Sodoma, v. g., Cana, etc., ibi invenietur relatio miraculorum destructionis Sodomæ, etc., et sic de aliis.

IV. — *De miraculis post apostolos peractis.*

Hic indicantur, 1° Miracula, quæ sancti Patres operati sunt vel audierunt, vim miraculorum Christi et apostolorum et « eamdem manifestationem Spiritus ad utilitatem » habentia, seu quidquid est, sermo sapientiæ et scientiæ, fides, gratiæ sanitatum, operationes virtutum, prophetiæ, discretiones spirituum, genera linguarum, et interpretationes sermonum (*I Cor.* XII, 7-11) ; 2°, item, facta potens divinitatis sigillum præ se ferentia.

Hujus ultimæ classis, miraculorum sit in exemplum uno præ millibus electo, mors persecutorum Romanorum pontificum (Lactant. VII, *col.* 190 276). Ex his non ægre feratur nos, salva reverantia, hic quædam sermone Gallico scribere, prout nuper (7 et 14 *Septemb.* 1861) ea vulgavit nota publicatio hebdomadaria *Le Rosier de Marie.*

« Rome immole ses Pontifes ! ! En tête de la liste des persécuteurs, se lit le nom du trop fameux Néron. Ce prince, la honte des trônes et le vassal du crime, après avoir assassiné sa mère, égorgé son épouse, tué sa concubine, envoyé à la mort une innombrable foule d'innocents, mis le feu aux quatre coins de Rome et chanté en habit de comédien ce vaste embrasement, signa le premier édit de persécution contre les Chrétiens, et inscrivit l'apôtre saint Pierre au nombre des martyrs... Mais soudain tout se lève, amis, ennemis, peuple, armée. Le Sénat s'assemble en tumulte, et porte ce décret qu'un poteau sera dressé au milieu de la place publique , que le tyran y sera traîné nu et chargé de chaînes, que ses bourreaux le frapperont de verges jusqu'a ce qu'il expire et que son corps sera enfin précipité dans le Tibre... Abandonné de tous, un valet le frappe, et Néron tombe. Domitien, second persécuteur de l'Église et bourreau du pape saint Anaclet, périt assassiné par ses officiers et par sa propre femme: Trajan souille sa pourpre impériale du sang des papes saint Clément et saint Evariste, n'arrive pas à Rome où des arcs de triomphe et de guirlandes l'attendent, mais laisse exhaler son dernier souffle, après une illustre défaite sous les murs ignorés de l'obscure Sélinonte. Adrien osa mettre au nombre des martyrs saint Alexandre et saint Sixte. Il mourut des suites d'un repas. Valérien, vaincu et fait prisonnier dans une bataille qu'il livre à Sapor Ier, roi de Perse, fut abreuvé d'outrages par ce cruel vainqueur. Pendant sept ans, Sapor le traîna de ville en ville, chargé de lourdes chaînes; quand il voulait partir, il le faisait approcher, l'obligeait de se mettre à genoux, lui ordonnait de se baisser encore ; puis posant le pied sur ses reins, sur ses épaules, sur sa tête, il sautait de là sur son cheval ou dans son char. Ce n'est pas tout : lorsque la mort vint terminer les misères de l'infortuné vieillard, Sapor le fit écorcher ; il donna ordre qu'on remplit sa peau de paille, afin de lui conserver la forme humaine ; qu'on le teignit en rouge, pour montrer qu'elle avait porté la pourpre impériale, qu'on la suspendit à la porte d'un temple... Qu'avait donc fait Valérien,ce prince autrefois si puissant ? Il avait fait mettre à mort les papes saint Etienne et saint Sixte. »

Item, ut miraculum habemus quæ de Juliano apostata in præfata publicatione habetur : — Un jour,un homme puisssant, au mépris de toutes les prophéties, et voulant les faire mentir, entreprit de relever le temple de Jérusalem et de rétablir la Judée dans son ancienne gloire. Qu'arriva-t-il? Une flèche mortelle vint percer le cœur de l'impie audacieux : chancelant, il recueillit une poignée de sang, et la lançant avec fureur vers le ciel. « Tu as vaincu, Galiléen,s'écria-t-il, et il tomba inanimé. »

His præmissis, indicationes submittimus, quæ talia, majori minorive fundamento stabilita, sæpe amplectuntur, ista conglobata, etsi particulatim sumpta nil fere dicant, magnam probationis vim afferunt causæ cui adaptantur et inserviunt, hoc est in gratiam nostræ religionis, catena miraculorum illius progressus sequentium.

TERTULLIANUS presbyter Carthaginiensis. — Christiani sunt tanti quanti denotamur. Obsessam vociferantur civitatem, in agris, in castellis, in insulis Christianos ; omnem sexum ætatem, conditionem, etiam dignitatem transgredi ad hoc nomen quasi detrimento mœrent, I, 262, 263 264. Glabrio objectus a Trajano leoni ferocissimo, ope Dei et virtute sua eum confecit, et post ipse necatus est, in Notis, 264. Moriente Christo, dies, medium orbem signante sole, subducta est ; eum mundi casum relatum in arcanis vestris habetis, ait ethnicis Tertullianus, 401. Hesterni sumus et vestra omnia implevimus, urbes, insulas, castella, municipia , conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum ; sola vobis reliquimus templa, 462, 463, 570, 571, 704. Septuaginta Interpretes (hoc evenit ante Christum et apostolos) omnes in eamdem sententiam convenerunt in eamdem scripturam , separatim eam interpretantes, I, 380. Laceati et cruenti Christiani exclamant ; Deum colimus per Christum, 403 et 865.

Martyrium est prælium quo Christiani sub discrimine capitis ante gentilium tribunalia certant et vincunt cum occiduntur ; plures, efficimur quoties metimur ; semen est sanguis Christianorum, I. 535,704. Mulier theatrum adiit, cum diabolo rediit et exorcizata liberata fuit , 657 . Marcus Aurelius, Christianorum militum precibus impetrato divinitus imbre, jussit severius animadverti in eos qui Christi sectatores accusarent, 295, 707. Vigellius, Saturninus, et Claudius Lucius, persecutores Christianorum, sua morte ultionem divinam præ se ferunt, 702. Si pristinæ clades comparentur, leviora nunc acciduntur ex quo Christianos a Deo orbis accepit, 486. Vita Christianorum, sua sanctitate , miraculum constans : vide, inquiunt pagani , ut se invicem diligant, 280, 465, 471, 472, 700. Severus, frater Antonini, Proculum Christianum Euhodeæ procuratorem, qui eum per oleum aliquando

curaverat, requisivit, et in palatio suo habuit, 1,703. Spiritus immundus jussus loqui a quolibet Christiano se dæmonem confitetur, 413, 700. Christianorum in dæmones potestas quanta, 413, 463, 624, 677, 700, 703; II, 112. Diabolum esse profitetur, I, 651, 655, 977, 1164, 1205, 1256, 1312; II, 54, 102, 106, 296, 297, 301, 576, 620, 673, 916. Diaboli responsio, cum oneraretur in exorcismo ob mulierem Christianam in theatro a se obsessam : In meo eam inveni, I, 657. Dæmones esse affirmatur, I, 405, 413, 434, 447, 646, 677, 700, 703; II, 97, 693, 700, 717, 732, 748. Alios ignis, alios gladius, alios bestiæ Christianos probaverunt, II, 125.

Sanctæ martyres Felicitas et Perpetua. Visiones et passio sanctarum Perpetuæ, Felicitatis et sociar., III, 47-58. Sancta Felicitas gravida cum pro naturali difficultate octavi mensis in partu laborans doleret, ait illi quidam ex ministris carceris : Quæ sic modo doles, quid facies objecta bestiis quas contempsisti, cum sacrificare noluisti? Et illa respondit : Modo ego patior quod patior, illic autem alius erit in me qui patietur pro me, quia et ego pro illo passura sum, 47-58. S. Petro mox crucifigendo Romæ, Christus apparuit et dixit : *Vado iterum crucifigi*, in Notis, III, 47. De martyrio sancti Polycarpi, 44. Joannes in igneum oleum demersus nil passus est, in Notis, 90.

MINUCIUS FELIX. — Semel et iterum asseveranter affirmatur signo crucis Christi et Christianorum adjurationibus omnem magicam artem omniaque incantamenta evanescere ac cunctas dæmonum fraudes repelli. Dæmones adjurati per Deum verum et solum, inviti miseris corporibus inhorrescunt, et vel exsiliunt statim, vel evanescunt gradatim, prout fides patientis adjuvat, aut gratia curantis aspirat, III, 326. De martyrio sanctæ Agnetis, Dissertatio in Minuc. Felic., 536. Pueri et mulierculæ, cruces et tormenta, feras et omnes tormentorum terriculas, inspirata patientia doloris, illudunt, 353. Bibliadis mirum martyrium, 487.

PONTIUS diaconus. — Martyrium S. Cypriani, 1482-1506.

S. CYPRIANUS episcop. Carthaginens. et martyr. — Mutati sunt piscatores, mutati sunt postea etiam plurimi senatores, mutatus est Cyprianus, IV, 75. Postquam undæ genitalis auxilio superioris ævi labe detersa, in expiatum pectus serenum ac purum desuper se lumen infudit, postquam cœlitus spiritu hausto, in novum me hominem nativitas secunda reparavit, mirum in modum protinus confirmare se dubia, patere clausa, lucere tenebrosa, facultatem dare quod prius difficile videbatur, geri posse quod impossibile putabatur, ut esset agnoscere terrenum fuisse quod prius carnaliter natum delictis obnoxium viveret, Dei esse cœpisse quod jam Spiritus sanctus animaret, 200, 201. Dæmones a Christianis e corporibus obsessorum ejiciuntur, 203, 535. Nemo Christianorum reluctatur quando apprehenditur, quamvis nimius et copiosus sit populus Christianus, 537. Martyres exsultant in tormentis, 539. Est in muneribus magnis si quis coronatur quo coronatum se putat, si forte martyr moriatur, 794. Virtus martyrii tanta est ut per illam credere etiam ille cogatur qui te voluit occidere, 795. De revelatione capitis sancti Joannis Baptistæ, 931, 940.

ARNOBIUS. — Polycarpus, constantissimus et floridissimus martyr, concrematus fuit, Not., V, 747. Gentes, populi, nationes quæ sub oculis suis peragi viderunt, crediderunt ipsi, et credenda posteris tradidere, 792. Totus mundus brevi tempore religione Christiana completus est, 793. Præcones religionis Christianæ, per orbem totum missi, membra et viscera sua lanienda præbuere, 794. Simon Magus a S. Petro ex sublimi aere dejectus perhibetur, 828.

LACTANTIUS. — Fieri non potuit ut homini per seipsum ratio divina innotesceret, et ideo non est passus hominem Deus lumen Sapientiæ requirentem diutius errare, ac sine ullo laboris effectu vagari per tenebras inextricabiles : aperuit oculos ejus aliquando, et notionem veritatis munus suum fecit, ut et humanam sapientiam nullam esse monstraret, et erranti ac vago viam consequendæ immortalitatis ostenderet, VI, 113. Sibylla prædixit de Christo et aliis rebus religionis Christianæ, 491-498; 505-513. Sicut Christus, cum inter homines ageret, universos dæmones verbo fugabat, hominumque mentes emotas et malis incursionibus furiatas, in sensus pristinos reponebat, ita nunc sectatores ejus eosdem spiritus inquinatos de hominibus, et nomine magistri sui et signo Passionis, excludunt; nam cum diis suis immolant, si assistat aliquis signatam frontem gerens, sacra nullo modo litant : « Nec responsa potest consultus reddere vates, » 532 et 886. Christiani cruciari atque interfici malunt, quam thura tribus digitis comprehensa in focum jactare, 610, 611. Dæmones, cum corpora hominum occupant animasque divexant, abjurantur a Christianis, et nomine Dei veri fugantur; quo audito, tremunt, exclamant et uri se verberarique testantur, et interroganti qui sint, quando venerint, quomodo in hominem irrepserint, confitentur, sic extorti et excruciati virtute divini nominis, exsolantur, 623. Cum jam Nero imperaret, Petrus Romam advenit, et editis quibusdam miraculis, quæ virtute ipsius Dei, data sibi ab eo potestate, faciebat, convertit multos ad justitiam, Deoque templum fidele ac stabile collocavit, VII, 195, 196. Commonitus est in quiete Constantinus, ut cæleste signum Dei notaret in scutis, atque ita prælium committeret. Fecit ut jussus est, et tranversa X litteras summo capite circumflexo, Christum in scutis notat; quo signo armatus exercitus capit ferrum. Procedit hostis obviam sine imperatore, pontemque transgreditur. Acies pari fronte concurrit. Summa vi utrinque pugnatur. Neque his fuga nota, neque illis. Fit in urbe seditio... Tumque repente populus voce subclamat, Constantinum vinci non posse, 261. Licinio quiescenti asistit angelus Dei monens ut ocius surgeret, atque oraret Deum summum cum omni exercitu suo; illius fore victoriam, si fecisset. Post has voces, cum surgere sibi visus esset, et cum ipso qui monebat astaret, tunc docebat eum quomodo et quibus verbis esset orandum, 264. Perplura miranda referuntur in opere : *De mortibus persecutorum*, 190-275.

EUSEBIUS PAMPHILUS. — Constantinum imperatorem, horis diei meridianis, sole in occasum vergente, crucis tropæum in cœlo ex luce conflatum, soli superpositum, ipsis oculis se vidisse affirmavit cum hujusmodi inscriptione, *Hac vince*, in vita Constantini, VIII, 22, 23. Quemadmodum Mosis ac religiosæ quondam gentis Hebræorum temporibus, Deus currus et exercitus Pharaonis projecit in mare et fluctibus operuit, sic plane Maxentius, persecutor Christianorum, et quicumque circum illum erant, milites ac stipatores, instar lapidis in altissimum Tiberis gurgitem conciderunt, 25, 26. Ubicumque in præliis crucis signum affuit, parta est victoria, 38. His ex cruciferis qui fugit, interfectus est; qui vero fidelis permanserat, incolumis evasit, 39. Constantinus orans in tabernaculo victoriam adeptus est, 40.

FORTUNATUS. — S. Hilarius ex insula Gallinaria serpentes fugat, infantem sine baptismo defunctum suscitat, Abræ filiæ et uxori mortem precibus obtinet, IX, 190, 191, 192. S. Hilarii reliquiarum ope Probianus moribundus sanatur; duo leprosi mundantur de pulvere sepuleri. Manus contracta sanatur, cæco visus redditur, mulieri manus arida redditur sana, in una puella plura eduntur miracula, de cereo miraculo, 195, 196, 197, 198, 199. Præsente S. Hilario, hæretica machinamenta proficere non possunt, 190.

S. ZENO. — A malo spiritu sanavit Galliani Cæsaris filiam; boves cum duce submersos reduxit a pelago, multos liberavit ab hoste pestifero, e fluvio exemptum suscitavit mortuum, multa idola destruxit per crebra jejunia, ejus potestas magna fuit in dæmones, XI, 131, 154. In civitate Verona Natale S. Zenonis martyris quando aquæ fluminis Athesis usque ad superiora tecti, fenestras ecclesiæ illius excreverunt, nec in eam intrare potuerunt, virtutem martyris ostendentes, 155.

S. OPTATUS. — Julianus apostata, imperator profanus et sacrilegus, justo Dei judicio moritur, XI, 969. Donatistæ jusserunt Eucharistiam canibus fundi, non sine signo divini judicii; nam iidem canes accensi rabie, ipsos dominos suos, quasi latrones, sancti corporis reos, dente vindice, tanquam ignotos et inimicos laniaverunt. Ampullam quoque Chrismatis per fenestram, ut frangerent, jactaverunt, et cum casum adjuvaret abjectio, non defuit manus angelica quæ ampullam spiritali subvectione deduceret; projecta casum sentire non potuit; Deo muniente illæsa inter saxa consedit, XI, 972. De martyrio SS. Donati et Marculi, 1015.

S. PAULINUS. — Vox infantis fertur sonuisse in populo Ambrosium episcopum, et ad ejus vocis sonum totius populi ora conversa sunt, acclamantis Ambrosium episcopum, *Vita S. Ambrosii*, XIV, 29. Quædam mulier paralytica, in lecto jacens, in sellula gestata est ad S. Ambrosium, et ipso orante et manus imponente sanata fuit, 30. S. Ambrosius a virgine Arianorum vestimentis attractus ut pelleretur de ecclesia, illam admonuit vereri judicium Dei ne sibi mali aliquid eveniret. Quod dictum exitus confirmavit; nam alio die mortuam ad sepulcrum usque deduxit, gratiam pro contumelia rependens, et hoc incussit omnibus timorem, 31. Euthymius carpentum malitiose parat, quo S. Ambrosium raptum traheret ad exsilium : at in eo carpento, justo Dei judicio, ipsemet dirigitur ad exsilium quod paraverat S. Ambrosio, *ibid.*

SS. Protasius et Gervasius, martyres se revelant S. Ambrosio, et cum eorum corpora sunt levata, cæcus lumen recepit, et obsessa corpora a spiritibus immundis curata, summa cum gratia domum repetebant, 32, 37, 93. Quidam Arianus a spiritu immundo correptus et cruciatus clamare cœpit se optare ita torqueri eos, ut ipse torquebatur, qui negarent martyres, vel qui non crederent in Trinitatis unitatem quam docebat Ambrosius; at Ariani, præsentes tali voce confusi, in piscinam demersum hunc hominem necaverunt, perfidiæ homicidium adjungentes, 32. Vir de hæresi Arianorum constitutus in ecclesia vidit angelum ad aures sancti Ambrosii tractantis loquentem, ut verba angeli populo episcopus renuntiare videretur, 33. Dæmones fatentur se non solum nihil posse in S. Ambrosium, verum nec etiam ad fores domus, in qua manebat Ambrosius, appropinquare, 34. Quidam Arianus gladium ferens ad cubiculum S. Ambrosii usque pervenit, ut eum interficeret; sed cum elevasset manum, districto gladio, dextera exserta in aera obrigente remansit. Tunc se missum a Justina postquam confessus est, brachium quod, inique cum extenderetur, obrigueral, sanatum est confessione, *ibid.* Puer spiritu immundo vexatus, Mediolanum adveniens apud S. Ambrosium non obsessus fuit, at rediens iterum vexatus fuit; et cum interrogaretur ab exorcistis cur quandiu Mediolani fuisset non in illo apparuisset, confessus est diabolus se timuisse S. Ambrosium, et ideo recessisse ad tempus, atque exspectasse in illo loco, ubi ab illo recesserat donec reverteretur, *ibid.* Theodosius imperator promiserat se veniam daturum civibus civitatis Thessalonicensis; at, agentibus comitibus occulte cum imperatore, plurimi innocentes interempti sunt. Quod factum ubi cognovit S. Ambrosius, copiam imperatori ingrediendi ecclesiam denegavit, nec prius dignum judicavit cœtu Ecclesiæ, vel sacramentorum communione quam publicam ageret pœnitentiam, 35, 36, et 57, 58, 59. Obsessus a dæmone sanatur a S. Ambrosio, 38, 39. Sunt adhuc quædam similia miracula in sequentibus ista, 40, 41, 42, 43, 44, 45 et 46. Valentinianus præfectus, ob maledicta in S. Ambrosium, pœnas dat, 91. Per obsidionem Hierosolymitanam a Tito Paschæ diebus templum refulgebat per singulas noctes quasi dies esset, et alia miranda audita sunt, ut, Transeamus hinc, vox ab oriente, etc., XV, 2187-2192. De inventione et miraculis SS. Gervasii et Protasii, etc., 2100, 2206; XVI, 337, 338. De cæco illuminato, 1091 et 1026.

SULPICIUS SEVERUS. — In Vita S. Martini et in Dialogis, multa leguntur miracula facta intercessione S. Martini, etc., XX, 159 et 222.

RUFINUS AQUILEIENS. — In Historia monachorum innumera referuntur miracula; eam adi, XXI, 391-463. Philosophus dialecticus confunditur simplicitate cujusdam senioris, 469, 470. Paphnutius confessor sola oratione ægros curat, cæcis visum reddit et paralyticos sanat, 471. S. Spiridion episcopus, cum fures nocte ad caulas venissent ut oves furarentur et permansissent invisibilibus quibusdam vinculis restricti, mane eos liberavit et dimisit. Ejus filia Irene, accepto deposito, defuncta est, et qui illud commendaverat, ad patrem repostulavit; at eo non invento, nemo enim sciebat unde esset, Spiridion pater ad sepulcrum filiæ properat, atque eam ex nomine clamitat. Tum illa de sepulcro, Quid vis, ait, pater?... Commendatum illius ubi posuisti? At illa locum designans, Illic, ait, invenies defossum; et rem repertam pater tradidit reposcenti, 471. S. Helena, Constantini mater, Jerosolymam petit et pergit ad locum cœlesti indicio sibi monstratum, ut veram Christi crucem reperiret; et tres in confuso ordine reperit; etsi titulus adfuerit, non satis evidenter Dominici prodebat signa patibuli. Accidit feminam gravi ægritudine confectam seminecem jacere. Macarius, Hierosolymitanæ Ecclesiæ episcopus, ait: Afferte huc totas quæ repertæ sunt cruces, et quæ sit quæ portaverit Dominum, nunc nobis adaperiet Deus; et oratione facta admovit ad mulierem semivivam unam crucem e tribus; post secundam; et nihil profecerunt, nec aliquid egerunt; ut vero admovit tertiam, repente mulier adapertis oculis consurrexit et, stabilitate virium recepta, alacrior quam cum sana fuerat tota domo discurrere et Domini potentiam manifestare cœpit, 475, 476, 477, 478. Frumentio episcopo apud Indos tanta gratia virtutum data fuit a Deo ut signa apostolica per eum fierent, et infinitus Barbarorum numerus converterentur ad fidem, 478, 479, 480. Mulier captiva, oratione fusa ad Deum, parvulum ægrotantem cujusdam nobilis feminæ nomine Dei Christi invocato, sanat. Parentes convertuntur ad fidem; fama volat, et rex ipse et regina loci vocant captivam, et illi et omne regnum convertuntur ad Christum, et ecclesia construitur, 480, 481, 482. S. Athanasius per sex annos latens in cisterna non habente aquam, prodiitus, fugit, Spiritu divino admonitus, eadem nocte qua ad eum comprehendendum veniebatur, 491. Miracula de Judæorum conatibus qui a Juliano decepti templum in Jerosolymis reædificare volebant; ita ut terræmotu et igni accenso divinitas, Judæi ab illicitis disturbantur inceptis, 505, 506. Globus igneus per medium plateæ Hierosolymitanæ percurrens ultro citroque ferebatur, et signaculum crucis in vestimentis omnium apparuit. Quæ signa terrifica conversa sunt in exitium Judæorum, 506. Homo omnibus membris et præcipue pedibus aridus, oleo unctus in nomine Domini sanatus est, et confirmatæ sunt plantæ ejus; cæcus visum recepit ad cellulam S. Macarii absentis; lœena vicina adduxit catulos prope S. Macarium; et ille cum intellexisset bestiam pro cæcitate catulorum supplicare, rogavit Deum ut eis redderet visum. Quo recepto, matrem sequentes redeunt ad speluncam, 511, 512. Spiritus immundi effugantur e puella a quinque Patribus deportatis in quamdam insulam Ægypti, et populi insulæ convertuntur ad Christum, 513, 514. Mulier quo properas, aiebat quidam præfectus, tam festina? Ad campum, ait illa, quo catholicorum populus convenit. Et non audisti, ait ille, quia præfectus illuc pergit ut omnes interficiat quos invenerit? Audivi, inquit, et ideo festino ut ibi inveniar, 514. Quot virtutes et miracula fecerunt discipuli sancti Antonii, 517. Justina imperatrix exsilium sortitur quod Dei sacerdotibus præparabat, 525.

S. HIERONYMUS. — Ad monasterium Bethleem cui præerat S. Hieronymus advenit leo, tribus claudicans, quarto suspensus pede, vulneratam a sentibus habens plantam; sanatur et convaluit; familiaris factus, asinum socium habuit, et simul opera domus in campis peragebant. Asinus raptus fuit a mercatoribus. Isti, post tempus, redierunt ad vicinia, ducentes præfatum asinum oneratum mercibus et simul multos camelos. Leo, ut fures asini vidit, eos fugat, et asinum cum camelis coegit ante se ad monasterium. Patres mirantur, gaudent de asino sibi reddito, et de præda camelorum solliciti sunt. Mox mercatores venerunt et confessi sunt se rapuisse revera quondam asinum et furorem leonis in ipsos, dum eos conspexisset in campis. Tunc, pace inita, relinquunt asinum, et secum assumunt suos camelos et sua, et suum iter pergunt, in Vita S. Hieronymi XXII, 204 214. Volentibus mori, non permittebatur occidi; sic unus martyr, victor inter equuleos laminasque, melle perungitur, et sub ardentissimo sole, religatis manibus post tergum, reponitur, ut muscarum aculeis cederet qui ignitas sartagines ante superasset; alter irretitus blandis sertorum nexibus super exstructum plumis lectum ponitur, inter lilia candentia et rubentes rosas. Quem meretrix speciosa cœpit delicatis stringere colla complexibus... Quid ageret miles Christi, et quo se verteret, nesciebat. Quem tormenta non viceran', superabat voluptas. Tandem cœlitus inspiratus, præcisam mordicus linguam in osculantis se faciem exspuit, et sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo superavit, XXIII, 20. Paulo per noctem quiescenti revelatum est esse alium ulterius multo se meliorem ad quem visendum deberet proficisci, 22. Paulus et Antonius, post sanctum osculum et proprio nomine salutati, sermocinantes, ecce suspiciunt alitem corvum in ramo arboris consedisse, qui inde leniter subvolabat, et integrum panem ante ora mirantium deposuit. Post ejus abscessum, Eia, inquit Paulus, Dominus nobis prandium misit, vere pius, vere misericors. Sexaginta jam anni sunt ex quo dimidii semper panis fragmentum accipio; verum ad adventum tuum, militibus suis Christus duplicavit annonam, 25. Paulus rogat Antonium ut quæsitum eat pallium S. Athanasii ad obvolvendum corpus suum post mortem, 26. Antonius videt inter angelorum catervas, inter prophetarum et apostolorum choros, niveo candore Paulum fulgentem in sublime conscendere, 27. Cum Antonius contristaretur quod sarculum quo terram foderet non haberet, duo leones ex interioris eremi parte currentes volantibus per colla jubis ferebantur, et directo cursu ad cadaver beati Pauli substiterunt; adulantibus caudis circa Antonii pedes accubuere, fremitu ingenti rugientes prorsus ut intelligeret eos plangere, quo modo poterant. Deinde haud procul cœperunt humum pedibus scalpere, arenamque certatim egerentes unius hominis capacem locum foderunt; et statim quasi mercedem pro opere postulantes, cum motu aurium cervice dejecta, ad Antonium perrexerunt, manus ejus pedesque lingentes. At ille animadvertit benedictionem a se precari... et postea manu innuens eis, ut abirent imperavit, 27, 28. S. Hilario dæmonum ludibria fugat, signans crucem Christi in fronte, 31. Venientes latrones ad S. Hilarionem nocte, a vespere usque ad solis ortum discurrentes, locum ejus

cubiculi invenire non potuerunt, 33. Mulier sterilis filium habet intercessione S. Hilarionis, 33, 34. Mulier cæca ad S. Hilarionem adducta, visum recepit, 35. Auriga, a dæmone percussus in curru totus obriguit, et eum S. Hilarius sanat, *ibid.* Marsitas possessus a dæmone sanatur a S. Hilarione, *ibid.* Item et paraclytus, 36. Alia referuntur S. Hilarionis similia miracula, 37, 38, 39, 46, 49, 50.

LUCIUS DEXTER. — Miracula S. Jacobi apostoli, in Hispania, XXXI, 115. S. Veronica Romam venit, et ibi, clara miraculis moritur, 161. S. Maria Magdalena miraculis clara in Gallia moritur, 255. S. Eutychius, quem e fenestra præcipitatum S. Paulus suscitaverat, moritur martyr in Hispania, 299.

S. AUGUSTINUS. — Monicæ S. Augustini matri sollicitæ et mœrenti de filii pravis moribus, per somnium dicitur: Ubi tu, ibi et filius tuus ; et ab episcopo quodam responsum fuit: Vade a me, ita vives ; fieri non potest ut filius istarum lacrymarum pereat, XXXII, 692, 693. Flebam, ait S. Augustinus, amarissima contentione cordis mei, et ecce audio vocem de vicina domo cum cantu dicentis et crebro repetentis, Tolle, lege; tolle, lege. Surrexi, et aperui codicem ut legerem quod primum caput invenissem: legi capitulum quo primum conjecti sunt oculi mei. « Non in comessationibus. » etc., et protinus omnes dubitationis tenebræ diffugerunt, 762. Miraculum factum ope neptis Severini episc., XXXIII, 426. S. Ambrosio per visum Deus aperuit quo loco laterent corpora SS. martyrum Gervasii et Protasii, XXVII, 770. Corpus S. Stephani revelatione divina, apparuit, per S. Ambrosium, XXXVIII, 1299, 1438. Ista detectio habuit multa miracula. Mediolani eram, ait S. Augustinus, novi facta miracula. Cæcus notissimus universæ civitati illuminatus est, cucurrit, [illegible] se fecit, sine duce reversus est, 1299. Per orationes S. Stephani Paulus et soror Palladia sanantur, scilicet: Mulier quædam habebat decem filios; major natu gravibus et intolerandis injuriis eam affecit, et etiam manus in eam intulit. Cæteri filii præsentes tacuerunt. Mater, ad sacri baptismatis fontem progressa postulavit a Deo ut extorres patria et circumeuntes alienas terras omne hominum genus suo terrerent exemplo; et mox tremor membrorum filium majorem invasit; et intra unum annum, servato ordine quo nati erant, intra unum annum eadem pœna omnes corripuit: secundus filius ad gloriosi martyris Laurentii memoriam meruit sanitatem. Paulus sextus ordine, cum sorore sua post visionem quam habuerunt de sua futura sanitate admoniti sunt visione divina ; Paulus orabat in loco ubi Hippone-regio est memoria S. martyris Stephani, subito cecidit ; post paululum exsurrexit et illum tremarem non invenit in corpore suo. Concionante S. Augustino populus de memoria S. Stephani clamare cœpit, Deo gratias, Christo laudes! In quo continuo clamare, Palladia, ista soror Pauli quæ curata est, ab absidem perducta est. Qua visa, populus cum gaudio et fletu, nullis interpositis sermonibus, sed solo stropitu interposito, aliquandiu clamorem protraxit, 1443, 1444, 1446 ; XLI, 769, 770. Perplura referuntur miracula in libro XXII De civitate Dei, XLI, 763-771.

JOANNES CASSIANUS. — Dominicæ crucis virtus adversus dæmones, XLIX, 709. — Abrahæ abbatis miracula, 1060. Dæmon aperte confitetur se per Arium et Eunomium hæreses sparsisse, 715, 716. Variis ex causis dæmones hominum corpora possident, 707. De dæmonibus, 197, 238, 560, 602, 681, 695, 698, 707, 712, 733, 751, 752, 761.

S. HILARIUS Arelatens. — De miracula S. Genesii Arelatens. martyr., I, 1273-1276.

IDATIUS. — Apparitio crucis Salvatoris in Oriente sub Constantino Magno, anno 351, LI, 909.

MARCELLINUS. — Signa in cœlo, anno 389. Reliquiarum S. Stephani mira revelatio, Luciano presbytero facta, anno 415, LI, 923.

S. PETRUS CHRYSOLOGUS. — Omnes qui febribus, pestilentiis et morsu canis rabidi vexati, accurrunt ad tumulum S. Petri Chrysologi, sanantur, in Vita, LII, 39, et alibi passim.

S. LEO, pap. — Attila et Genericus S. Leonis papæ dignitate et ornatu ab animo hostili domantur, et sunito discessum parant. LV, 280.

VICTOR VITENSIS. — Duo fratres moriuntur martyres, LVIII, 244. Mulier duris cruciatibus laniata, ita ut mortua crederetur, tacta a quadam virgine adveniente, illico sanata fuit, 244. Perplura referuntur miracula, 234-269. Martyrium S. Juliæ, 379-380 et 391-420. Sexaginta confessores, inter quos erat S. Reparatus Vigilius, linguis abcissis, loquuntur quomodo antea loquebantur, 245.

DRACONTIUS. — Summa Petri miracula, LX, 856, Simonem Magum per aera volantem confundit, 858.

PAULINUS NOLANUS. — Gennadius claruit potentia in dæmones, LXI, 71. Miraculum in inventione sanctæ Crucis patratum omnem dubitationem tollit, 329. Valgius ex naufragio servatus est, 399, 400. Plurima alia miracula referuntur, 671, 672 et 909.

S. SEVERINUS. — Pedibus S. Severini quidam submisit filium diurno languore vexatum. Tum data oratione qui semivivus allatus fuerat, statim patre mirante surrexit, et perfecta protinus revertitur sanitate, in Vita, LXII, 1192. Precibus S. Severini leprosus divina opitulatione mundatur, 1292; et perplura citantur miracula alia, in Vita, 1170-1200.

GUIBERTUS. — S. Eleutherius filium tribuni resuscitat; ipsemet vinculis constrictus ab angelo liberatur; cæcum illuminat, leprosum sanat: angelus, ei postulanti revelat culpam a Ludovico, Francorum rege, commissam. LXV, 67-69. In depositione corporis S. Eleutherii mulier cæca et muta visum et loquelam recuperavit, 75. In elevatione ejus corporis, mortuus resuscitatur, et duo cæci oculorum visionem receperunt, tres paralytici curati sunt, claudus consolidatus fuit et ambulavit exsiliens, 75-79. Ejus intercessione Feriolus vinctus solvitur et Libertinus a morte suscitatur, et in urbe Tornacensi, quo ejus corpus translatum fuit, nova de die in diem miracula eveniunt istius sancti meritis, 80-82.

DIONYSIUS EXIGUUS. — De inventione miraculosa capitis S. Joannis Baptistæ, LXVII, 419-454.

S. CÆSARIUS Arelatens. — Puer resuscitatur ejus precibus, in Vita, LXVII, 1015. Elpidius diaconus diabolica infestatione fatigatus, a S. Cæsario liberatur ab ista vexatione, in Vita, 1016. Mulier paralytica et omnibus membris contracta sanatur, in Vita, 1018. Plura alia referuntur miracula, 1018-1020. Innumera alia miracula indicantur a S. Cæsario patrata, sive per vitam, sive post mortem, 1025-1042.

AURELIUS CASSIODORUS. — Constantinus imperator, cogitans quem in bello deum haberet auxilio, vidit in sommo crucis signum cœlo splendide collocatum; mirantique visionem astiterunt angeli dicentes : *O Constantine, in hoc vince.* Fertur autem et ipsum Christum apparuisse ei, signumque monstrasse crucis, ac præcepisse ut figuram similem faceret, et in præliis hoc auxilium haberet, quo victoriæ jura conquireret. Eusebius Pamphilus cum jurejurando imperatorem ipsum dicentem audiisse sic refert, quia circa meridiem, declinante jam sole, crucis signum ex lumine factum, et scripturam consertam ei dicentem, *In hoc vince* vidisset ipse et milites qui cum eo tunc essent, LXIX, 888. Signum, in vexillum crucis transformatum, quod Labarum vocatum fuit, proponebatur in præliis ante omnes ordines ; et mirabiliter, divina regente virtute, sagittæ hostium figebantur in signo, a signifero autem inter pericula protinus evolabant, 888, 889. Helena, mater Constantini imperatoris, per somnum admonita ad Jerosolymam properavit, et ibi requisivit sepulcrum Christi. Et palam facto Domini monumento, apparuerunt circa id tres cruces suffossæ, et clavi, simul et titulus litteris Hebraicis, Græcis, Latinisque conscriptus: *Jesus Nazarenus Rex Judæorum.* Dicitur quia etiam mortuus crucis tactu surrexerit, et mulier longa ægritudine fatigata, crucem veram attingens sanata fuit, 936, 937. De miris quæ evenerunt cum Judæi, impulsu et auxiliis Juliani apostatæ, reædificare cœperunt templum Hierosolomytanum et de causis cessationis operum, 1058, 1059. Miraculum de dæmonibus ob crucis signationem fugientibus, 1030. Julianus monachus, senior, sacratissimus, orans cognovit mortem Juliani apostatæ ea hora qua percussus est, 1061. Jaculum repente delatum, discurrens per brachium in latus Juliani apostatæ immersum est. Ex hoc vulnere suscepit terminum vitæ. Quis vero justissimum intulerit vulnus, hactenus ignoratur. Aiunt autem quia dum fuisset vulneratus, mox manum sanguine suo complevisset, et in aerem projecerit dicens : *Galilæe, vicisti*, 1066. Miracula alia describuntur, LXX, 1297.

S. GREGORIUS TURONENS. — In Vita S. Gregorii Turonens. episc., multa miracula tradit Odo abb, illius scriptor, LXXI, 115-130. Item libri Miraculorum, De gloria martyrum, 705; De miraculis S. Juliani, 800-828; De gloria confessorum, 828-912; De miraculis S. Martini, 913-1010; Vitæ Patrum, 1010-1095. Historia Septem dormientium, 1107-1118; Vita S. Aridii abbat., 118-1150.

VENANTIUS FORTUNATUS. — Vita S. Germani, Parisiens, episc., LXXII, 55-78; LXXXVIII, 454-479. De sancto Mauricio et sociis ejus, de S. Hilario, Medardo, etc., 108-130. De S. Martino, 328-333. Vita S. Hilarii Pictavien.s., 440-454; Vita SS. Albini, Paterni, Radegundis

Amantii, Remigii, Medardi, Marcelli, Leobini et Maurilii, 482-576.

VITÆ PATRUM EREMITICORUM. — Vita S. Pauli primi eremitæ, auctore S. Hieronymo. Vita S. Antonii abb., auctore S. Athanasio. Vita S. Hilarionis monach., et Vita S. Malchi captivi monach., auctore S. Hieronymo; et Vitæ aliorum, multa continent miracula, LXXIII, col. 89 ad 882; et Verba Seniorum, et Historia Lausiaca, quæ subsequuntur item innumera miracula referunt, 882-1234. Philotheus seu Theophiles, Pratum spirituale, Heraclidis Paradisus, Palladii Lausiaca similiter multa referunt miracula, LXXIV, 15-394. Index rerum indicat particulatim in fine prædictorum voluminum, LXXIII et LXXIV nomina et acta cujusque sancti, quem indicem consulere opus habeat qui de his cognitionem habere desideret; nos, ne prolixiores simus, hic dare non debemus, nec alibi, ubi solum Vitam Patrum indicamus.

S. GREGORIUS MAGNUS. — In duobus ejus Vitis, una a Paulo, et altera a Joanne diaconis, multa referuntur miracula ab eo patrata, LXXV, 42-242. Item in quatuor libris Dialogorum, ubi tractatur de Vita et miraculis Patrum italicorum, LXXVII, 150, 430.

S. AUGUSTINUS ANGL. EPISC. — In illius Vita a Gocelino monacho scripta multa leguntur miracula, LXXX, 43-94.

PAULUS EMERITANUS. — In Vita Patrum Emeritensium sunt multa miracula, LXXX, 118-164.

VARNAHARIUS (S.) In Actis martyrum tergeminorum Spensippi, Eleusippi et Meleusippi, multa referuntur miracula ab ipsis patrata, LXXX, 185-195. In vita et martyrio S. Desiderii pariter multa sunt miracula, 195-198.

SISEBUTUS. — Vita et passio S. Desiderii monachi habent annexa quædam miracula a S. Desiderio per vitam et post mortem patrata, LXXX, 377-384.

S. SULPICIUS. — In ipsius Notitia multa miracula referuntur ab illo patrata et in vita et per mortem, LXXX, 575-592.

S. ISIDORUS. — Sunt relata quædam ipsius per mortem miracula *in Prolegomenis*, LXXXII, 147, et in Appendice, 943-967, et LXXXII, 19-56.

S. DESIDERIUS CADURCENS. — Distincta duodecim miracula referuntur in ipsius Vita, LXXXVII, 239-246.

S. FRUCTUOSUS. — In ipsius Vita referuntur miracula, LXXXVII, 460-470.

S. ELIGIUS NOVIOMENS. — Ipsius miracula leguntur, LXXXVII, 482-593.

JONAS. — S. Columbani Vita, LXXXVII, 1012-1046. Vita S. Eustasii, 1046-1056. Vita sanctæ Attalæ, 1056-1062. Vita S. Bertulfi, 1061-1069. Vita sanctæ Burgundofaræ, 1070-1083. Liber miraculorum S. Joannis abb., 1083-1088. Ibi passim frequentiora reperiuntur patrata ab his sanctis miracula quæ cuilibet legenti mira videbuntur et stupenda.

S. ADAMANUS. — De vita, revelationibus et apparitionibus sanctæ Columbæ, LXXXVIII, 726-776.

S. ALDHELMUS. — Multa de illo scribuntur miracula a Faricio in S. Aldhelmi Vita, LXXXIX, 64-88.

S. BONIFACIUS. — Ipsius Vita scripta a Willibaldo multa continet miracula, LXXXIX, 604-664.

VEN. BEDA. — In ipsius ecclesiastica historia quædam referuntur miracula a variis sanctis viris patrata, quæ in Indice prædictæ Historiæ videri possunt, XCIV, 23, 292; XCV, 132-138 et 222-234.

S. LEODEGARIUS. — Lumen magnum quasi in rotæ circulum e cœlo descendens super caput S. Leodegarii refulsit. Tunc trementes omnes qui hoc signum viderunt, Quid est hoc, inquiunt, domine, quod paret super caput tuum quasi in circuli modum lumen splendidissimum emissum de cœlo? Nunquam a nobis simile est visum in vita, XCVI, 343. In Historia illius translationis quædam referuntur miracula quæ tunc ad ejus sepulcrum facta sunt, 344-346. Vita et miracula quinque SS. abbatum et S. Cuthberti, 713-789. Apparitio S. Michælis et miracula patrata, 1387-1394.

S. HILDEPHONSUS Toletanus episc. — Vita et miracula referuntur, XCVI, 43-54. B. Virgo Maria S. Hildephonso apparet et loquitur, 50.

DAGOBERTUS REX. — Tres Martyres illi apparuerunt in somnis, XCVI, 1398.

CLODOVÆUS, rex Francor. — De miraculis ipsi ostensis, XCVI, 1438.

DIONYSIUS presbyt. — Iste refert quemdam monachum coram imagine sanctæ Mariæ semper Virginis lucernam illuminasse, et post tertium vel quintum vel etiam sextum mensem redeuntem inexstinctam reperisse, XCVIII, 1205.

S. LUDGERUS. — Vita S. Gregorii abb. a S. Ludgero et acta S. Ludgeri ab Altfrido scripta habent miracula tum *de S. Gregorio, tum de S. Ludgero*, XCIX, 749-795.

ALCUINUS. — De vita S. Martini Turonens. Iste, catechumenus pauperem vestit, hiemali frigore, media suæ chlamidis parte; qua etiam parte chlamidis, inter angelicos exercitus Dominum Jesum, divinitus illuminatus, nocte sequente, vestitum aspexit, CI, 659. Illi quidam catechumenus adhærens, subita, sancto absente viro, morte præceptus est; quem S. Martinus precibus profusis resuscitavit, et vitæ redditum baptizavit. Alterum quoque, in quodam agro laqueo suspensum sacris orationibus vitæ restituit. Tertium, cujusdam mulieris flentem filium sola oratione in conspectu populi resuscitavit, 659, 660. Ruentem pinum super se signo crucis opposito avertit, mirantemque turbam Christo credere fecit. Se ipsum in tecto cujusdam flammis opposuit, ne innocua læderet ignis tecta, qui fanum incendit idololatriæ, aliud quoque templum antiquo errore dæmonibus dedicatum, dum manu non potuit humana, angelico fultus auxilio subvertit. Alio loco gentilium sacra subvertens, a quodam pagano gladio appetitus, ille nudum ferientis ictui collum opposuit; sed impius retro cadens, suam intelligens impietatem, veniam postulavit a sancto; alteroque librante ictum in sanctum caput, ferrum effugit de manibus. Paralyticam puellam, totisque resolutam membris, sacra benedicti olei infusione, astante populo, pristinæ reddidit sanitati. Proconsularis servum manus impositione a dæmonio liberavit, etc., etc., 660, 661. S. Vedasto occurrit cæcus quidam, petens ab eo ut per suæ sanctitatis preces illi restituat lumen oculorum; S. Vedastus preces effudit et in divina fidens pietate, et dexteram cum signo crucis posuit ante oculos cæci dicens: Domine Jesu, qui es lumen verum, qui aperuisti oculos cæci nati, aperi oculos et istius, ut intelligat populus iste præsens, quia tu es Deus solus, faciens mirabilia in cœlo et in terra. Mox ille cæcus, lumine recepto, gaudens perrexit viam suam, 670. S. Richarii miracula, 690-694. Willibrordi miracula, 702. Miraculum de Christo venturo quod Cæsar Augustus vidit, 1174.

EGINHARDUS. — Historia translationis SS. martyrum Marcellini et Petri, et varia miracula quæ eam secuta sunt in surdis et mutis, contractis et aliis ægris, CIX, 537-590. Miracula intercessione SS. Proti, Hyacinthi et Hermetis in ecclesia SS. maryrum Marcellini et Petri, CIV, 590-594.

HILDUINUS. — Passio SS. Dionysii, Rustici et Eleutherii, et miracula de iisdem relata, CVI, 23-50.

DUNGALUS. — Ante sanctorum reliquias rugiunt dæmones, CV, 474. Cæcus sanatur virtute corporum SS. Gervasii et Protasii, 475. Miraculum quod Mediolani factum est Augustini et Ambrosii temporibus, 477.

AGNELLUS. — In libro Pontificali continente Vitas Pontificum Romanorum qui floruere a S. Apollinari usque ad S. Georgium, hoc est. SS. Apollinaris, Aderiti, Eleucadii, Martiani, Caloceri, Proculi, Probi, Dathi, Liberii, Agapiti, Marcellini, etc, etc., multa referuntur miracula seu per vitam, seu post mortem ab illis patrata, CVI, 475-750.

JOSEPHUS SACERDOS. — In Historia quam iste dedit de translatione corporum SS. Ragnoberti et Zenonis sunt relata multa miracula, CVI, 891-904.

RABANUS MAURUS. — Per reliquias S. Alexandri et quorumdam aliorum sanctorum fiunt miracula, CVII, 44-68. Ipse fecit multa miracula, nam suis precibus refertur duos cæcos illuminasse, quatuor claudos gressibus formasse, de humanis etiam corporibus plures ejecisse dæmones, et multis aliis claruisse miraculis, in ipsius Vita, 94. S. Maximinus, Aquensi Ecclesiæ præsidens multis et diversis miraculorum virtutibus effulsit, CXII, 1494. De miraculis sororum Mariæ et Marthæ, 1495-1508.

WALAFRIDUS STRABUS. — In Vita S. Galli abbatis per vitam et post mortem innumera refert miracula, CXIV, 979-1030. Item in Vitis SS. Othmari, Blaitmaici, Mammæ, 1031-1062. Angelorum et dæmonum visiones in Wettini Vita metrica, 1068-1082. De S. Leodegarii miraculis, 1143-1151.

OLDRICUS Cenomanens. episc. — In illius Vita reperiuntur multa miracula, CXV, 29, 106.

S. EULOGIUS. — Triginta sex distincta miracula evolvit facta in translatione bina sanctorum martyrum Georgii, Aurelii et Nathaliæ, CXV, 948-960.

HAYMO Halberstatens. episc. — Dicitur quod de desiderio Augari, regis Edissenorum, implendo, aliquatenus Dominus faciem suam linteo panno impressit, et misit ad eum, ut qui in propria forma videri non poterat, saltem per impressam imaginem videretur. Tunc ergo Tatthæus ille discipulus qui missus est ad Edissam, prædictam ibi Dominicam deportare meruit imaginem, quæ per longa ibi tempora perduravit, donec Constantinopolim cum cæteris reliquiis est asportata, CXVIII, 825. Agapus unus ex prophetis de fame futura sub Claudio prophetavit, 826.

Cum ultio divina perurgeret Judæos, Pilatum quoque qui in morte Christi iniqui judicis officio functus est, non sinit esse impunitum. Hic ergo a Caio multis malorum cladibus excruciatus, tandem propria manu se transverberans damnat in mortem, 827. Herodes, interfector Jacobi, fratris Domini, apud Cæsaream faciens spectacula in honorem Cæsaris, arrogantissime indutus veste mirabiliter auro et argento contexta, a populis stupentibus ex metalli radiantis fulgore deus subito appellatur atque ut fiat propitius exoratur. Sed quia appellationem et fastum non repressit, mox percussus ab angelo et incredibili dolore ventris et inflatione correptus, respiciens ad amicos : En ego, inquit, deus vester ; ecce percellor confestim et detrahor e vita, 828. Fraus Simonis Magi a S. Petro detecta et exstincta, 828. Nero, crudelissimus imperator, qui in tantum sceleris progressus est quod et in matrem et in fratres, et in uxores et omnis sanguinis proximos parricida exstitit, et incestus fecit, Christianos maxime persequitur, 830. In subversione Hierosolymitana a Tito Vespasiano, Ecclesia fidelium quæ Hierosolymæ fuerat congregata, divino accepto responso, prævenit subversionem, et oppidum Pellam nomine trans Jordanem, emigrat. Tunc incredibilis fit cædes Judæorum, et primo quidem diræ et inauditæ famis exitio plaga intolerabilis divinitus mittitur, in tantum ut bella et cædes inter parentes et liberos committerentur, dum non solum e manibus, sed ex ipsis faucibus invicem caperecibum decertant. Ad ultimum quidem nec loris, vel cingulis, aut etiam ipsis calceamentis abstinent ; nonnulli et feni veteris festucas edunt. Porro geritur ibi facinus exsecrabile, neque adhuc apud Græcos, neque apud Barbaros auditum : Mulier quædam, Maria nomine, cum famis ingravescente periculo, et hostis deprædatione omnino jam fame deficeret, pessimis usa consultoribus, parvulum filium qui ei erat sub uberibus jugulat, igni suppositum torret ; dimidium quidem consumit, dimidium vero reservat. Prædonibus autem mox, odore carnium comperto, ingressis partem offert, Meus, inquiens, hic partus est ; nolite effici aut matre religiosiores, aut femina molliores ; edite, nam et prior comedi. Illico universa regio tam nefarii sceleris nuntio repletur. Nec multo post magnifica et famosissima civitas Hierosolymorum capitur, cujus quanta fuerit vastitas, vix scripto comprehenditur ; ubi undecies centena millia fame et ferro peremptorum computantur, exceptis quibusque juvenibus electis, qui propter decorem corporis ad triumphum reservantur, cæterisque aliis qui ad opera Ægypti, vel ad secanda marmora, vel ad extrahenda metalla destinantur, vel per provincias vincti in servitutem distrahuntur, quorum fit numerus usque ad nonaginta millia, 832, 833. Vitula quoque tunc in subversione Hierosolymitana, sacrificiis admota in die festo Azymorum, inter manus ministrorum enixa est agnum. Porta vero in interioris ædis area, cum tanti ponderis esset, ut vix a viginti viris clauderetur, vectibus et seris munita, nocte ultro patefacta est. Visi etiam currus et armatorum cohortes in aerem ferri, et alia multa, 833. Verba S. Ignatii martyris referuntur, 837. De S. Polycarpo insigni martyre, 840. M. Aurelius, bella infert Sarmatis et Germanis ; cujus exercitus dum siti periclitatur, quidam milites Christiani qui aderant, Deum supplicant : quorum supplicationibus et pluvia large de cœlo perfusa reficit exercitum, et fulmina crebro coruscantia fugant eminus hostes, 845. Narcissus, episcopus Hierosolymorum, aquam in oleum convertit quando forte in solemni die vigiliarum Paschæ oleum desset luminaribus, 846.

S. ANSCHARIUS. — Multa refert miracula S. Willehadi post mortem patrata, et post talem renumerationem ait : Ne prolixior narratio onerosa fiat legentibus, hæc et alia multa intermisimus, quæ tamen plurimorum ore vulgata in populis habentur. Corpus ejus, magnifice collocatum in basilica innumeris claruit virtutum indiciis, et de die in diem meritis beati viri multiplicia inibi crescunt miraculorum signa, CXVIII, 1022-1032.

S. LUPUS Ferrariens. — Quædam sunt miracula in Vita quam scripsit de S. Maximino, CXIX, 665-680. Multa vero in Vita S. Wigberti, 680-694.

PASCHASIUS RADBERTUS. — Quædam refert miracula in passione SS. martyrum Rufini et Valerii, CXX, 1189-1507. Item in Vitis S. Adalhardi et abb., Walæ, 1508-1556 et 1557-1650.

WANDALBERTUS. — In Vita S. Goaris multa sunt relata miracula, CXXI, 659-658. Item, in Translatione reliquiarum SS. martyrum Chrysanthi et Dariæ, 673-682. Et in libro De miraculis S. Othmari, 779-795. Similiter in Vita metrica, Translatione et Elevatione S. Amandi, 931-977.

S. ADO Viennensis. — Quidam leprosus, inspectante populo, tactu S. Desiderii, Viennensis episcopi, mundatus est a lepra ab illo die quo S. Desiderius ingressus est insulam in qua exsilium subibat, cicindelam oleo plenam, quæ manu illius illuminata fuerat virtute divina permansit indeficiens, semper ardens et suam plenitudinem inexhaustam omnibus manifestans ; et quicumque cujuslibet infirmitatis a sancto pontifice ex eodem liquore perunctus fuisset, illico sanatus abibat, CXXIII, 437. Vasculum vini vacuum, mox fiducia S. Desiderii in bonitatem Dei et largitatem Creatoris, plenum inventum est, 438. Brunnehildis regina, quæ immaniter interemi jussit S. Desiderium, ipsa justo Dei judicio, sub Clotario rege, indomitis equis religata brachiis, et cruribus divaricatis, membratim discinditur, 439. Ad sepulcrum S. Desiderii fiunt miracula. Quidam pauperculus, omnibus membris contractus, insuper trementibus membris gravi passione agitabatur : hic in qualo virgeo ad memoriam S. Desiderii deportatus, mox perfecta sanitate incolumis rediit, *ibid.* Claudius nomine habebat filiam multo tempore tibia claudicantem : accessit ; filiam S. Desiderio sanandam commisit ; oleo ipsius ut perlinita est, sanissima effecta, torturam claudicationis amisit, *ibid.* Dici non potest quot cæci ibi lumen inexpertum receperint, dæmoniaci purgati sint, claudi sanati et diversis infirmitatibus diversi curati. Sed et si qui cum fide tulerint asellam de fuste illo quo sanctum caput illius terebratum est, et quo obiit martyr, meritis illius liberantur sive a dolore dentium, sive a typo variarum febrium, sive ab aliis infirmitatibus... Mulier, multis annis a spiritu immundo vexata, illuc suorum manibus attracta, ut S. Desiderii locum attigit, illico virtute divina curata est, 439, 440, 441. Homo a nativitate cæcus, lumen inexpertum recepit ad tumbam S. Desiderii, in conspectu totius Ecclesiæ. Multaque postmodum ibi Dominus per servum suum operatus est, quæ si universa quis scribere voluerit, volumen longi operis consummabit, 444, 442. S. Theuderius cellam ædificat facto miraculo, 446. Angelus apparuit S. Theuderio, qui locum secretum ei designat ut construat monasterium, 447. Miraculis Dominus S. Theuderium clarificavit, ita ut plures a malignis spiritibus vexati et variis languoribus detenti ejus orationibus sanarentur, 448. Cum corpus S. Theuderii in feretro positum deferendum fuisset ad sepulcrum, moveri a loco non potuit ; ut vero statutum fuit ut deferretur ad suum monasterium et non ad alium locum, ut primo definitum fuerat, illico tanta facilitate est motum, ut nullius ponderis esse putaretur, 448. Cæcus, ut tetigit velamen feretri S. Theuderii, continuo ab oculis ejus sanguis profluxit, et lumen recepit, 449. Quidam membris contractus ita ut natibus ipsius plantæ inhærerent, suis pedibus rediit a sancto sepulcro, 450. In translatione S. Bernardi, cum a tumulo membra hujus sancti pontificis levarentur, visum est senioribus vino ablui, ex quo multa sunt officia languentibus præstita. Videmus energumenos atque lunaticos hujus liquoris unda potatos, viribus convaluisse, sedata impulsione diabolica, 451, 452. Septem alia miracula referuntur cum suis indiciis et circumstantiis, 451, 452.

USUARDUS Sangermanus. — In ejus Martyrologio recensentur multa miracula, 599, etc.

ADREWALDUS. — Historia translationis S. Benedicti et de miraculis, CXXIV, 901-948. Vita S. Aigulfi, 956-968. Miracula S. Germani, 1208-1270.

ADREWALDUS, monach. — S. Benedicti miracula, 905 et seqq. Miracula S. Aigulphi, 965 et seqq.

ODO Bellovacens. — Quomodo reliquiæ SS. Maximi et Juliani miraculis illustrentur, 1124.

HERICUS, monach. — Miracula S. Germani, 1161-1211 et seqq.

HINCMARUS, Remens. — Vita S. Remigii Remens., CXXV, 1130-1188.

S. BERTARIUS. — S. Scholastica, caput in manibus declinans et lacrymarum fluvios in mensa fundens, serenitatem aeris ad pluviam traxit ut S. Benedictus frater nondum discederet ab ea, et ait illi : Ecce te rogavi, et audire me noluisti ; rogavi Dominum meum et audivit me, CXXVI, 983, 984. S. Benedictus ad monasterium reversus, vidit ejusdem sororis suæ animam de ejus corpore egressam, in columbæ specie, cœli secreta penetrare 986.

S. REMBERTUS. — In ejus Vita ab auctore anonymo scripta quædam referuntur miracula ab illo patrata, 992-1010. Item, leguntur miracula in inventione sive translatione S. Vincentii martyris, et in libro De miraculis S. Germani, et in translatione S. Savini, 1014-1056.

ANASTASIUS Bibliothecarius. — Multorum Pontificum Romanorum Vitas consule et miracula, CXXVII et CXXVIII. S. Gregorii IV miracula, 1286 ; Miraculum a S. Maximo gestum, CXXIX, 686. De S. Petro Alexandrino, 690 et seqq. De S. Demetrio, 715 et seqq.

WOLFHARDUS. — Vita sanctæ Walpurgii virginis multa recenset miracula, 877-890.

S. ODILO. — In translatione SS. Sebastiani martyris et Gregorii papæ multa eorum intercessione patrantur miracula, CXXXII, 582-622.

S. STEPHANUS Leodiens. — In vita S. Lamberti plura reperiuntur miracula patrata sive dum viveret, sive post mortem, 646-660.

HUCBALDUS. — Vita S. Rictrudis miraculis clarescit, 848. Passio SS. Quirici et Julittæ martyr., 851. Vita sanctæ Adelgundis virginis, 857-873. Vita S. Lebwini, 875-878.

S. ODO Cluniacens. — Duæ Vitæ S. Odonis scriptæ, una ab Joanne, et altera ab Nalgodo monachis, habent diversa miracula ab ipsomet Odone patrata, sive dum viveret, sive post mortem, CXXXIII, 45-85.

SIGEHARDUS. — De miraculis S. Maximi Trevirens., 965-976.

FRIGEGODUS. — De vita S. Wilfridi, 979-1011.

UTHO. Vita S. Arbogasti, CXXXIV, 1003, 1008.

FLODOARDUS.—Paucæ leguntur paginæ tomi CXXXV, quæ non referant miracula quædam, imprimis tractatus De triumphis Christi, 23-920.

RATHERIUS. — Quædam refert miracula in Vita S. Ursmari, CXXXVI, 345-352.

WOLSTANUS monach. — S. Ethelwoldi miracula, CXXXVII, 90 et seqq.

JOANNES abb. S. Arnulphi. — De sancta Glodesinde, 222 et seqq. De sancto Joanne abbate, 249 et seqq.

GEZO. — Quædam refert miracula in confirmationem veritatis corporis et sanguinis Christi in Eucharistia, 392-398, 399.

S. DUNSTANUS. — Ejus Vita ab Osberno scripta habet miracula dum viveret et post ejus mortem, 415-472.

S. FOLCUINUS. — Quoddam miraculum in ejus Vita narratur, 540, 541 ; item, multa ipse refert miracula in Gestis abbatum Laubiensium, 546-582.

ADSO. — Vitæ S. Frodoberti, S. Mansueti, S. Basoli ; et de translatione et miraculis S. Basoli, Vita S. Bercharii et De miraculis S. Waldeberti 602-700.

S. MAIOLUS. — Vita ipsius Maioli, 779-780. Et miracula S. Maximini 795 et seqq.

LETALDUS. — S. Juliani Vita, et liber miraculorum S. Maximini abb., 781-820.

S. ADALBERTUS. — Vita et Passio ipsiusmet et S. Adalberti a Joanne Canapario scripta, 859-890.

HROTSUITHA monialis. — Passiones S. Gangolfi et S. Pelagii metrice scriptæ referunt quædam miracula ab istis sanctis patrata, 1083-1102. De lapsu et conversione S. Theophili, 1102-1110. Historia metrica de conversione Desperati adolescentis, 1110-1130.

GERARDUS. — Vita S. Romani, CXXXVIII, 173-185.

ANONYMI IX sæculi. — Miracula in Vita S. Amalarii, 191 et seqq. ; S. Clodoaldi, 203 et seqq ; S. Bonifacii, 211-217 ; S. Hidulphi in Vosago, 217, 219.

GESTA EPISCOPORUM ANTISSIODORENSIUM. — Ibi reperiuntur passim miracula ab his sanctis episcopis patrata, 219-394.

BENEDICTUS monachus. — Miracula in monasterio S. Sylvestri, CXXXIX, 13 et seqq.

S. ABBO. — In ipsius Vita ab Aimoino scripta sunt relata miracula, 376-414. Miracula S. Edmundi, 515, 516.

HERIGERUS ET ANSELMUS. — In Gestis episcoporum Tungrensium, Trajectensium, et Leodiensium lector reperiet multa miracula a SS. episcopis patrata, 1003-1121. Vita sanctæ Berlendis, 1101-1110. Vita S. Landoaldi, 1110-1124. Vita metrica S. Ursmari, 1225-1229.

S. HENRICUS imperat. — In ipsius Actis et Vita, auctore Adelboldo et in Vita sanctæ Cunegundis imperatricis multa leguntur miracula, CXL, 44-223.

THANGMARUS. — Vita et miracula S. Bernwardi, 385-435.

ADEMARUS S. Cybardi monachus. — Miraculum per lignum sanctæ Crucis injuste detentum, CXLI, 41 ; alia miracula, 68 et seqq.

BERNARDUS Scholasticus. — De miraculis sanctæ Fidis virgin, 127-162.

S. FULBERTUS. — Vita S. Autberti, 355-368.

MEGINFREDUS. — De vita et virtutibus S. Emmerammi, 974-986.

ARNOLDUS. — De miraculis S. Emmerammi, 991-1090.

WOLFERUS. — S. Godehardi Vita et miracula, 1165-1230.

ANGELRANNUS. — Ipsius Vita refert quædam miracula 1403-1421 ; et ipse refert miracula S. Richarii in illius *Vita, 1421-1438.*

OLIVA Ausonens. episc. — Miracula in conversione sanctæ Afræ et sociarum, CXLII, 594-598.

ODORANNUS. — Historia translationis SS. Saviniani, Potentiani et sociorum martyr., 788-790.

S. ODILO. — Ejus miracula per vitam, 915.

RODULFUS GLABER monach. Cluniacens. — Quædam miracula in Aureliana urbe, 634, 642. Corpus S. Guillelmi miraculis claret, 701-717. Vita B. Maiolis abbat., et Vita et miracula sanctæ Adhaleidæ, 943-983.

BERNO. — Vitæ sancti Meginradi et sancti Udalrici, 1176-1204.

WIPPO. — De quodam miraculo quod accidit in die Pentecostes, 1245.

S. LEO IX pap. — Sancti Leonis Vita, auctore Wiberto, CXLIII, 467-502. De obitu et miraculis S. Leonis, 503-536.

LEO Atinens. — Inventio corporis S. Marci, 1415-1424.

SS. ARIALDUS et HERLEMBALDUS martyres. — Eorum Acta coruscant miraculis, 1434-1616.

ANNO. — Ejus Vita refert multa ab ipso vel ejus intercessione patrata miracula, 1517-1584.

PETRUS DAMIANUS. — In quatuor ejus Vitis quæ leguntur inter Prolegomena ejus operum multa recensentur miracula quæ mirum est legere, CXLIV, 113-180. Visio cuidam sacerdoti factæ super Hildebrandum comitem, 306. S. Hilarius Pictaviens. episc., post obitum B. abbati Fredelino apparet ut quædam mandet, 514. S. Hilarius puerum resuscitat, 515, 516. Columba super caput S. Severi sedens electionem ejus provocat ad episcopatum. S. Severi miracula, 533, 535. Miracula S. Benedicti, 546, 547. Vita S. Odilonis abb., 928-944. Vita S. Mauri, 945-952. Vita S. Romualdi, 953-1008. Vita SS. Rodulphi et Dominici Loricati 1008-1024. Passio sanctarum virginum Floræ et Lucilæ, 1025-1032. Expositio visionum sanctorum martyrum Mariani et Jacobi, 1032-1036. Passim in his Vitis multa referuntur miracula quæ ut citius inveniantur, legendus est index rerum, ut jam de aliis præmonuimus. De variis miraculosis narrationibus, variis apparitionibus, et miraculis, CXLV, 572, 587.

OTHLONUS monach. — Liber visionum tum Othloni, tum aliorum, CXLVI, 341-389. Vita S. Volfkangi, 380-421. Vita S. Bonifaciii episc., 427-433.

ADAMUS, Bremens, canonicus. — Gesta Hamburgens. pontif., 451-619. S. Joannis Gualberti vita et miracula 765-961.

ARNULFUS, Mediolanens. cleric. — Gesta archiepiscoporum Mediolanensium, CXLVII, 286-344.

S. GERALDUS. — Liber miraculorum S. Adalardi abbat., 1064, 1078.

S. FORCALDUS. — Liber miraculorum S. Bertini, 1097, 1160.

ALPHANUS Salernitan. — Vita et passio sanctæ Christinæ, 1269, 1293.

GUAIFERIUS. — Quoddam miraculum refertur in Vita S. Secundini, 1295, 1302. Item, in Vita S. Lucii papæ et martyr., 1302-1318.

S. GREGORIUS VII, pap. — In ipsius Vita a Paulo canonico scripta multa sunt miracula ab illo patrata ante et postquam fuerit papa, seu dum viveret et post mortem CXLVIII, 40-104. Vita S. Altmani Pataviens. episc., 870-894. Vita et passio S. Tiemonis episc., 894-906 ; vita S. Anselmi Lucens. episc., 906-940, innumera referunt miracula horum sanctorum intercessione patrata.

GESTA PONTIFICUM CAMERACENS. — In his leguntur passim miracula in Ordine rerum indicata, CXLIX, 22-195 ; 272-286.

GODEFREDUS. — In Triumpho S. Remacli leguntur miracula, 291-333. Item in Vita S. Elphegi episc. Cantuarens., 371-393.

S. ANASTASIUS monach. — Ejus miracula, 431 et seqq.

VICTOR III, pap. — Miracula a S. Benedicto et aliis facta, in monasterio Casinensi facta, 963 et seqq., 1001 et seqq.

DURANDUS Troarnens. abb. — Miracula de corpore et sanguine Christi in sacramento facta, 1413 et seqq.

GILLEBERTUS monach. — Historia miraculorum S. Amandi, CL, 1435-1446.

WILLELMUS Clusiens., monac. — Vita Ven. Benedicti monac. Clusiens., 1459-1489.

HEMMINGUS presbyt. — Vita S. Wulstani, 1489-1491.

RADBODUS TORNACENS. episc. — Vita S. Medardi, 1495-1499. Vita sanctæ Godebertæ virg., 1517-1527.

S. LANFRANCUS Cantuariens. archiepisc. — Ipsius miracula, CL, 54 et seqq.
GUILLELMUS abb. — Miracula ab illo patrata, 910 et seqq.
URBANUS II pap. — Ipsemet Casini miraculo, dolore lateris nimio sanatur CLI, 34. Miraculis claruit, teste Guiberto Novigenti abbate, 261.
VALCANDUS monach. — Vita S. Hildulfi episcop., 587-604. Vita S. Deodati monac., 605-635.
ANONYMUS. — De revelatione, ædificatione et auctoritate monasterii Fiscannensis, 701-723.
ANONYMUS Fiscannensis. — Prodigia in constructione quarumdam ecclesiarum, et alia, CLI, 715, 717, 729.
S. STEPHANUS, Hungarorum rex. — In ejus Vita a Carthuitio episc. scripta, multa sunt miracula, 1207 1233.
SANCTA MATHILDIS regina. — In ejus Vita quædam sunt miracula, 1511-1325.
STEPHANUS, Hungarorum rex. — Miracula in ejus sepultura, 1226. Item nova miracula in elevatione corporis ejusdem sancti, 1230 *et seqq.*
S. BRUNO Carthusianor. institutor. — Ejus conversio occasione mortui qui sese damnatum inter solemnes exsequias e feretro proclamat, 492-496, 536-535. S. Brunonis miracula post mortem, 605-632.
S. HUGO Lincolniens. episc — Christus in hostia apparuit sub specie infantis post mysticam sanctificationem, CLIII, 1036. De stupendo valde miraculo inter manus indigni sacerdotis, de corpore Christi, 1039-1042. Quædam alia miracula, 1053-1113.
S. WOLPHELMUS abb.— In ejus Vita referuntur multa miracula, 407-434.
EKKEHARDUS Uraugiens. — Miracula S. Celsi, 1239-1243. Miracula S. Symeonis, 1245-1247. De Vita S. Agritii, 1247-1251. Vita et passio Conradi archip., 1251-1267. Historia martyrum Treverensium, 1269-1175. Miracula S. Medoaldi, 1275-1279. Inventio et miraculo sancti Mathiæ, 1279-1298.
EBERWINUS abb. — De miraculis S. Simeonis monachi, CLIV, 1245 *et seqq.* Item S. Agritii, B. Conradi, S. Medoardi, 1250, 1265 et 1275 *et seqq.*
GOSCELINUS, Cantuariens. monach. — Miracula sancti Augustini Anglorum apostoli, in ejus reliquiarum translatione, CLV, 17-46. Miracula S. Swithuni, 48-80. Miracula S. Yvonis episc. Pers., 82 - 92. Miracula sanctæ Wereburgæ virg., 97-109. Miracula sanctæ Ladgithæ, virg., 111-116.
RADULPHUS ARDENS. — Visio S. Joannis evangelistæ facta diebus quinque ante obitum, 1322. Alia ejusdem apostoli visio, 1324. Miracula in sanctæ crucis inventione, 1375. Miraculum de corpore sancti Bartholomæi apostoli, 1435.
GUIBERTUS abb. de Novigento. — Miracula B. Mariæ Virginis intercessione patrata, CLVI, 564. Puer imaginem alloquitur, cui et ipsa dedit responsum, 617. Juge miraculum olim Jerosolymis de igne quotannis accenso, 827.
GOFFRIDUS VINDOCINENS. abb. — S. Sixtus S. Laurentium prævenit ad vitam æternam, CLVII, 46. Miracula quibus Deus in auxilium venit B. Patris Benedicti, 277, 278.
THIOFRIDUS abb. Efternacens. — Miracula de pace restituta, 306. De suavi odore quæ de tumba S. Willibrodi exivit in translatione corporis sui, 1031. Miracula facta per virgas, baculos, vestes et liquores aquæ, vini et olei sanctorum, et de S. Nicolao, 372-379. De clavis Dominicis et lancea militis, 391. De cruce S. Petri, S. Andreæ et de catenis S. Pauli, 396. De lapidibus S. Stephani, et de craticula S. Laurentii, 397. De potestate mirabili sanctorum reliquiarum, 405.
S. ROBERTUS abb. — Ejus miracula, 1269-1287.
S. ANSELMUS Cantuariens. archiespisc. — Ejus miracula, auctore Eadmero, CLVIII, 49-112 et 119.
EADMERUS, Cantuariens. monach. — Miracula S. Wilfridi, CLIX, 714-732. Miracula S. Bregvini, 754-761. Item, SS. Oswaldi, Dunstani, 761-80.
HUGO Cluniacens. abb. — Ejus miracula, CLIX, 845-927. Ejus visiones, 954
GUNDULFUS episc. — Ejus miracula, CLIX, 813-836.
SIGEBERTUS, Gemblacens. monach. — Quædam recensentur miracula S. Basilii Cæsariens. episc., CLX, 66. Miracula de capite S. Joannis Baptistæ, 69. Corpus S. Stephani protomartyris miraculis illustratur, 77. Constantinopoli terræ motus et signa plurima ostenduntur in cœlo, 84. Miracula per lignum sanctæ crucis, 85. S. Simeon Stylites miraculis claret. 87. Imago sacra quam quidam Judæus diripuerat et telo transfixerat, sanguinem emittit, 105. Hastæ igneæ in cœlo videntur, portendentes Langobardorum irruptionem in Italiam, 106. Grande miraculum prodit cum juramento Petrus diaconus de S. Gregorio pap. 114. S. Amandus Elnonens. per Gallias miraculorum et prædicationis gratia clarescit, 115. Signa in cœlo Saracenorum invasionem prænuntiantia, 119. Audomarus qui senio cæcus erat, intercessione S. Vedasti illuminatus est, sed pro sua salute et suis precibus iterum obtinuit ut iterum cæcus fieret, 124, 125. S. Michaelis apparitio Autberto episc., 134. Miraculum sub Constantino imperatore gestum in imagine a quibusdam Judæis profanata, quæ sanguinem emisit, 145. Miracula ad sepulcrum S. Medardi episc., 158. Plura portenta monstrantur per Italiam. 187. S. Uldaricus episc. miraculorum gloria claruit, 193. Prodigia videntur in cœlo, 194. S. Conradus episc. miraculis illustratur, 215. Anselmus episc. miraculis innotescit, 223. Miracula visa in cœlo in Italia, 230. Miraculum feminæ, cujus manus sanguine fluebant dum lavaret puerum, 242. Miraculum auxilio sanctæ Crucis gestum in civitatis Ascalon obsidione, 276, 277. Miracula S. Maclovii, 739. Miracula S. Theobardi episcop. et martyr., 754-758. Miracula S. Lamberti, 761-810.
FULCHERIUS Carnotens. — Victoria virtute sanctæ Crucis adepta, 907-910.
BERENGOSUS abb. — Miracula de inventione sanctæ Crucis, 935-981; inter hæc reperitur quomodo apostoli Petrus et Paulus Constantino apparuere, 971.
B. ROBERTUS de Arbrissello abb. — Ejus miracula, CLXII, 1034-1056.
JOANNES. S. Audoeni abb. — Miracula in translatione S. Nicasii martyr., CLXII, 1164.
CALIXTUS II pap. — Miracula S. Jacobi apostoli, CLXIII, 1369-1376. Miracula S. Jacobi Tarentasiens., 1411-1414.
S. BRUNO Signiacens. episc. — Ejus sepulcrum miraculis insignitur, CLXIV, 135.
GUALTERUS canonic. — De vita et martyrio S. Caroli Boni comitis, CLXVI, 873-942.
RUPERTUS abbas. — De somniis et visionibus, CLXVII, 524, 550, 554, 603.
S. NORBERTUS archiepisc. — Ejus miracula, CLXX, 1257-1343.
Ven. HILDEBERTUS. — Ejus miracula, CLXXI, 88. Vita S. Radegundis, 968-986.
HONORIUS Augustodunens. episc. — Miracula S. Basilii episc., CLXXII, 843, 844. Miracula S. Cypriani, Theophili, Mariæ Magdalene, Mariæ Ægyptiacæ, Thaidis, etc., 863-953. Item S. Benedicti, 978.
GAUFRIDUS GROSSUS. — Vita et miracula B. Bernardi fundatoris congregationis de Tironio, CLXXII, 1363-1339.
RODULPHUS abb. — Sepulcrum S. Trudonis quotidie coruscat miraculis, CLXXIII, 44-50.
LEO MARSICANUS monach. — Miracula S. Benedicti fundatoris monasterii Casinens., CLXXIII, 490 et 509. De miraculis S. Apollinaris abbat., 518. Alia miracula, 626, 630, 640, 641, 658, 665; et a 678 ad 1114.
GUALTERUS monach. — De miraculis B. Mariæ Virginis, CLXXIII, 1380-1386.
WILLELMUS monach. — Tradit miracula quædam Oswaldi Leonis III pap., CLXXIX, 1006, 1024; S. Martini 1079; S. Eadwardi, 1130, S. Magni, 1146; Gregorii VI, 1187, etc.; S. Æthelredi, 1193, 1194; S. Cenelmi, 1195, 1196. S. Wintonii, 1196, 1197; S. Eadmundi, 1107; sanctæ Melburgæ, 1199; sanctæ Fadburrhæ, 1199, 1200; sanctæ Ædgithæ, 1200, 1201; et sancti Eædwardi, 1203.
S. BERNARDUS abb. — De vita et gestis S. Malachiæ episc., CLXXXII, 1073-1117. S. Bernardi vita et res gestæ, auctore Guillelmo monacho, CLXXXV, 225-267; auctore Ernaldo abbate, 267-301; auctore Gaufrido monacho, 301-367; auctore Philippo monacho, 374-386; auctoribus variis, 386-395; auctore Gaufrido monacho jam dicto, 395, 415; ex libro : Exordium magnum Cisterciense, 416-454; ex libris : De miraculis Cisterciensium monachorum, 454-466. Alia S. Bernardi Vita, auctore Alano episcopo Autissiodorens., 469-524; alia Vita, auctore jam bis citato Gaufrido monacho, 524-530; alia Vita, auctore Joanne eremita, 532-550. Leguntur etiam miracula, 684-765, 880, 905, 943-977; et 995-1195. Unde in istis plus quam millibus columnis indicatis, fere millia reperiuntur miracula, cum vix quædam non habeat, dum aliæ multa, ut duo vel tria, aut plus habeant. Hic satietas nanset, nec pati posset nisi ista miracula essent cujusque generis et speciei, unde varietas nutrit lectionem et attentionem ea legentium. Adhuc in hoc volumine sunt tres libri miraculorum aliorum Patrum Cisterciensium, 1271-1383. Lector percurrat hæc et illa et fidem in miracula suam consolidabit irrefragabiliter.
GAUFRIDUS monach. Clarævallens. — De spiritu

prophetiæ quo S. Bernardus claruit, CLXXXV, 325. De mirabilibus S. Bernardi, 335-410.

HERBERTUS abb. — De libro miraculorum S. Bernardi, CLXXXV, 415-439.

SUGERIUS S. Dionysii Parisiens. abb. — Miracula patrata in Cella quadam semiusta, CLXXXVI. 1223.

ORDERICUS Vitalis monach. — Actus et miracula apostolorum, CLXXXVIII, 101-184. Miracula S. Martialis Lemovicens., 190. Miracula successorum B. Petri, 197 *et seqq.* Miracula et prodigia ad sepulcrum B. Guthlaci eremitæ, 482. Miracula plurima habentur ad corpus S. Nicolai Myrens. episc. post translationem, 539. Mirificus casus cujusdam presbyteri episcopatus Lexoviens., 607. Prodigia et flagella cœlestia, 939.

ANSELMUS, Haverbergens. episc. — Quomodo primitiva Ecclesia novitate miraculorum et prodigiorum crescebat, 110.

S. JOANNES CIRITA, abb. — Miracula in ejus Vita, 1662-1668.

PETRUS VENERAB. Cluniacens. abb. — Libri duo de miraculis, CLXXXIX, 852-928. Inter tanta quæ refert miracula in his libris, unum nunc nos narrabimus, ut notetur virtus signi crucis. Ven. Petrus, morbo diurno fatigatus, in lectulo decumbebat. Et ecce subito velut in perturbatam vocem prorumpens, circumjacentes vocavit. Quibus astantibus, horribilem malignorum spirituum turbam sibi apparuisse, seque valde terruisse, narravit. Ita, inquit, mihi conspicui fuerunt, ut mirum mihi sit, si vos latere potuerunt. Qui signo quidem crucis a me facto pavefacti, statim disparuerunt, pessimas tamen intolerandi fetoris reliquias recedentes reliquerunt, 930, 931. Visiones et revelationes, etc, 931-951.

S. THOMAS Cantuariens. archiepisc. et mart. — Vitæ ejus, auctore Edwardo Grim, CXC, 1-56; auctore Rogerio de Pontiniaco, 56-103; auctore Willelmo filio Stephani, 104-192; auctoribus Joanne decano et Alano abbate, 194-233; auctore Willelmo Cantuariens., 234-257; auctoribus Henrico abbate et Rogerio monacho, 258; auctore anonymo, 264-266, auctore Benedicto abbat., 268. Passio, auctoribus anonymis Lamberthiensi, 278-318; 318-338; 328-330; 330-335; 335-344; 344-352; adhuc et una Vita, anonymo auctore, 352-370, referunt innumera miracula, quæ sigillatim referre onerosissimum opus esset.

HERBERTUS de Boseham. — S. Thomæ gloriosa mors revelata, 1281.

GERHOHUS, præpositus Reicherspergensis. — De vita et virtutibus S. Wirntonis abbat., CXCIV, 1427-1433. De ejus obitu, 1433-1444.

ECKBERTUS abb., B. MATERNUS, Trevirens. episc. — De morte suscitatur per baculum S. Petri, CXCV, 23. S. Dionysii insigne miracul., qui post martyrium caput suum gerens perambulabat, 23. Visiones, signa, etc., in Vita sanctæ Elisabeth virgin., 126.

S. AELREDUS abb. — Ejus miracula, 200. Edwardi regis Anglor. miracula, 732-775. Quomodo monialis in carcere dejecta miraculo liberata est, 791.

S. HILDEGARDIS abbatissa. — Natales, res gestæ et scripta, CXCVII, 9-84; Vita auctoribus Gaudefrido et Theodorico monachis, 91-139. Scivias seu visiones et revelationes, 384-738. Vitæ S. Ruperti, 1081-1094; et S. Disibodi, 1095-1116.

JOANNES Saresberiensis Carnotens. episc. — Vita S. Anselmi, CXCIX, 1010-1040.

PHILIPPUS DE HARVENG abb. Bonæ Spei. — Vita S. Augustini, CCIII, 1206-1234. Vita et miracula S. Amandi, 1234-1300. Passio sanctorum martyrum Cyrici et Julitæ, 1303-1311. Passio S. Salvii martyris, 1313-1325. Passio S. Foillani martyris, 1325-1337. Passio Gisleni confessoris, 1338-1350. Vita sanctæ Waldetrudis, CIII, 1375-1386. Passio S. Agnetis martyris, 1387-1392.

REINERUS monach. — Miracula in vita S. Thiebaldi monach., CCIV, 76. Revelationes et miracula duorum ducum, 81. S. Volbodonis miracula, 210.

S. STEPHANUS DE MURETO. — Ejus Vita, auctore Gerardo priore Grandimontensi, CCIV, 1011-1071. Innumera ibi describuntur miracula per vitam et post mortem a S. Stephano patrata.

GUILLELMUS DANDINA, abb., Grandimontens. — Vita Hugonis de Lacerta, CCIV, 1181-1222.

PETRUS BLESENSIS. — Quædam miracula narrantur, CCVII, 494.

S. MARTINUS Legionensis presbyt. — Ejus Vita, auctore Luco episcopo Tudensi, CCVIII, 9-22.

WILHELMUS abb. S. Thomæ de Paraclito. — Ejus Vita, auctore anonymo, CCIX, 589-636.

STEPHANUS Tornacens. episc. — Quidam Hugo a mortuis resurrexisse dicebatur, et finem mundi annuntiabat, *CCXI, 500.*

ADAMUS Perseniæ abb. — Per B. Mariam Virginem ægri curantur, CCXI, 703, 735, 760. Miraculum miraculorum, virginitas cum fecunditate, CCXI, 764, 765.

HELINANDUS monach. — Quomodo Petrus diaconus vidit columbam ad aurem B. Gregorii, verba quæ scriberet sugerentem, CCXII, 731. Mortui apparentes suis, 731-734. Visiones, apparitiones, etc., 771, etc.

SICARDUS Cremonens. episc. — B. Martinus miraculis coruscavit, CCXIII, 394.

INNOCENTIUS III pap. — Sacramenta Christianis sunt miracula quotidiana, CCVII, 332. Majora sunt miracula quæ nunc fiunt spiritualiter quam illa quæ in veteri lege fiebant corporaliter, 336.

V. — *De falsis miraculis.*

Certum est Satanam se transfigurare in angelum lucis, signa facientem stupenda ad evertendos, si fieri posset, etiam Dei electos; dæmones, utpote spiritus tenues momento ubique esse; totum orbem illis locum unum esse; eos quod ubique geratur, tam facile scire quam enuntiant. Unde eorum velocitas ut quid divinum creditur. Auctores videntur esse eorum quæ annuntiant. De incolatu aeris, de vicinio siderum et de commercio nubium cœlestia sapiunt et quasdam temporum sortes repromittunt, delitescentes etiam sub nominibus et imaginibus mortuorum, quibusdam signis fidem divinitatis operantur et æmulantur ipsammet divinitatem dum furantur divinationem. Adhuc in templis se occultabant paganorum, et sub statuis et imaginibus, ut sic veritatem caligine obducerent, avium volatus gubernarent, sortes regerent, oracula efficerent falsis pluribus involuta et temperarent, ambiguitates in eventus. Nec mirum olim illos scivisse dispositiones Dei, quia prophetis concionantibus eas exceperunt, et nunc etiam eos scire; quia lectionibus Scripturæ sacræ resonantibus eas carpunt. Eorum præstigias profani a veritate intelligere non valentes, ab illis attribui putabant imperia, victorias, opes, eventus prosperos rerum, et reipublicæ e periculis imminentibus liberationem. Inde Romani cæterique omnes ethnici veros esse deos suos contendebant, qui stupendis signis, miraculis, prædictionibus, oraculis, divinationibus ac factis quibusdam, quæ cunctas creaturarum vires superare videbantur, suam divinitatem et omnipotentiam sæpe sæpius comprobaverant. Et hæc certe quæ extra solitum naturæ ordinem acta esse opinabantur, illorum oculos et mentem sic fascinaverant ut persuasum omnino habuerint ea soli deorum potestati esse tribuenda; at in sequentibus ostenditur hanc argumentationem ab iis tantum proferri et urgeri qui veram ignorabant effectuum illorum causam. Semotis quippe inanibus præjudiciis agnoscere potuerunt ea omnia facta fuisse dæmonum agilitate maxima, malis artibus, dolis, fraudibus ac præstigiis quibus hi mendaces impurique spiritus incautis hominibus plane illudebant. Huc etiam accedit quod ethnici inficias ire nequibant plura extraordinariis deorum, uti putabant, suorum factis similia ab hominibus magiæ deditis eorumdem dæmonum dolis ac fraudibus edita fuisse. Quis ergo, nisi insaniat, hos idcirco veros deos esse dixerit? quæ porro ac quanti ponderis sint hæc argumenta quibus patres ea confutarunt videre est in operibus primorum Patrum, videlicet, Tertulliani, *Apologet.*, I, 404-432 et Dissertat., 874-899; Minucii Felicis, *Octav.*, III, 312-331 et Dissertat., 589-645; Cypriani, *De idolor. vanitat.*, IV, 568-575; lib. ad Demetrianum, IV, 544-564; Commodiani, *Carm. advers. Gentium deos*, V, 202, 282; Arnobii, *Disputat. advers. gentes*, V, 714, 1290; Lactantii, *Divin. Institution.*, VI 330-341, et *Dissertat.*, 823-1016, etc.

TERTULLIANUS. — Crœsus Lydiæ rex misit ad varia deorum oracula nuntios qui ea consulerent et sciscitarentur quid ipse in Lydia ageret. Singulorum autem responsa cum accepisset, nullum probavit, nisi Delphici Apollinis qui ea, quæ ab illo revera agebantur, hoc responso edixit. « Testudinem pariter et agnum concisos in lebete aheneo coxit operculo aheneo imposito, » 409, 878. Idem cum cogitaret bellum inferre Persis, Apollinem Delphicum, cujus templum infinitis opibus et donariis exornaverat, de futuro hujus belli eventu consuluit, et hoc plane ambiguum responsum accepit : « Crœsus Halyn superans magnam pervertet opum vim, 409, 878. Item, Pyrrho consulenti fuit responsum ambigue a fatidico : « Dico te, Pyrrhe, vincere posse Romanos. » 409, 877, 878. Phantasma Castorum hoc est, quod dæmones induebant effigiem Castoris et Pollucis ac sic innata velocitate celebrem Romanorum de Perseo rege victoriam Romæ eodem die annuntiaverunt quo reportata fuerat. 410. Tuscia aquam cribro gestans, 409 et 876. Claudia cingulo navem promovens, 410, 876.

Barba tactu irrufata, Castor et Pollux apparuerunt Lucio Domitio, ut nuntiaret populo et senatui victoriam et in fidem majestatis divinæ barba illius e nigro facta fuit rutila ærique assimilis, 410 et 876. De Romuli ascensu in cœlum, 402 et 863. Capræ et mensæ præstigiis dæmonum divinantes, 411. Æsculapius vitam prorogat Socordio, Thanatio et Asclepiodoto, 413, 414 et 883. Capræ et mensæ divinant, 410, 879, 880, 881, 882. Mercurius homines dæmonum incursione laborantes aptis remediis curare credebatur, 413, 887. Desperatio et perditio, in causa gloriæ et famæ, apud Romanos, vexillum virtutis. Empedocles totum sese Catanensium Ætnæis incendiis donavit; Dido, Carthaginis conditrix, rogo secundum matrimonium dedit. Regulus, ne unus pro multis hostibus viveret, toto corpore cruces patitur, Mucius dextram suam libens in ara reliquit, Attica meretrix, carnifice jam fatigato, postremo linguam suam comestam in faciem tyranni sævientis exspuit, ut exspueret et vocem, ne conjuratos confiteri posset, si etiam victa voluisset, etc., 532, 533. Cleonymus Pyctes curatus est in somnis, II, 729. Visiones falsæ per somnia, 727-731.

MINUCIUS FELIX. — Miracula, oracula, auspicia, auguria, somnia et alia extraordinaria apud ethnicos gesta, non ex deorum suorum potestate, sed dæmonum fraudibus ac præstigiis profecta sunt, III, 297, 298. Mira monstrosa miracula ethnicorum, ut Scylla multiplex, chimæra multiformis, hydra renascens, Centauri, Jupiter, Apollo, Isis, Ceres, 299. De Romulo, Juba, Alexandro, etc., 301, 302, 310. Flaminius et Junius ideo exercitus perdidisse dicitur, quod pullorum solemnissimum tripudium exspectandum non putaverunt; nec Claudii consulis Romanorum temeritas primo bello Punico movebit, qui dum nullius boni ominis sortiretur auspicium columbas jejunio confectas, granis sparsis triticeis, in via qua iturus erat præferri jussit, ut vel earum omine auspicii duritiam sublevaret. Quæ cum diligentius a cibis abstinerent, eas præcipitari jussit in fluvium, ut biberent quoniam esse nollent; submersæque in flumine docuerunt consulem cum exercitu submergendum; hoc etenim secutus est eventus. Attamen Regulus Mancinus et Paulus religionem coluerunt, et male eventus eis cesserunt. Cæsar vero, ne ante brumam in Africam navigia transmitteret, auguriis et auspiciis renitentibus, sprevit; et eo facilius navigavit et vicit... at quæ vero et quanta de oraculis prosequar? 320, 321... De Pyrrho, Crœso, etc., 610.

S. CYPRIANUS CARTHAGINENS. episc. et mart. — — Mulier cruda hieme nudis pedibus, inter nives asperas deambulans, non lædebatur, nec vexabatur illa discursione; defectum est quod talia ageret per spiritum nequam, III, 1162-1165. Somnia et ineptæ visiones, IV, 407. Per gentes et provincias singulas, varia deorum religio mutatur. De Alexandro Magno, etc., etc., 568-575. Dæmones efflatu suo vatum pectora inspirant, avium volatus gubernant, oracula efficiunt, falsa veris semper involvunt, falluntur et fallunt, vitam turbant, somnos inquietant, etc., 572-574.

COMMODIANUS. — Iste metrice tractat de ridiculosis miraculis quæ ab ethnicis admittebantur, verb. grat., quod Saturnus filios vorasset, et nato Jove, lapidem pro infante, comedisset, de lapidibus in orbem vacuum a Deucalione et Pyrrha jactatis, etc., etc., V, 204 *et seqq.*

ARNOBIUS. — Ethnici objiciebant multa a diis patrata miracula, et reddita de futuris rebus responsa; editum fuisse miraculum propter ludos Circenses, in peste urbem de populante; propter Æsculapii simulacrum, quo pestis adhuc sedata est, Capitolium fulmine ictum fuisse et simulacrum Jovis de sua sede deturbatum fuisse, etc. etc., V, 604, 605, 606, 607. De stupendis rebus attributis Æsculapio, Mercurio, etc., 964-971. De novacula ab augure concisa, de Junone, de Claudia, de Cerere, etc., 972. De Æsculiapio, Epidauro, etc., 1278, 1279, 1280. Sed et Magna Mater, aiunt ethnici, accita ex Phrygio Pessinunte, jussis consimiliter vatum, salutaris populo et magnarum causa lætitiarum fuit. Nam et diu potens hostis ab Italiæ possessione detrusus est, et gloriosis illustribusque victoriis decus urbis restitutum est pristinum, et imperii fines longe lateque porrecti, et innumeris gentibus, civitatibus, populis libertatis jus raptum est, et jugum servitutis impositum; multæque res aliæ foris domique perfectæ ineluctabili firmitate gentis nomen majestatemque fundarunt, 1283, 1284.

LACTANTIUS. — Et sane multa enumerari possunt digna miraculo : in primis illud quod Occius Navius summus augur, cum Tarquinium Priscum commoneret ut nihil novi facere inciperet, nisi prius esset inauguratus, eique rex, artis ejus elevans fidem, diceret, ut consultis avibus renuntiaret sibi, utrumne fieri posset id quod ipse animo concepisset, affirmaretque Navius posse : Cape igitur hanc, inquit, cotem eamque novacula dissisce. At ille incunctanter accepit ac secuit. Deinde illud quod Castor et Pollux, bello Latino, apud lacum Juturnæ visi sunt equorum sudorem abluentes cum ædes eorum quæ juncta fonti erat, sua sponte patuisset; iidemque bello Macedonico equis albis insidentes, Publio Vatieno Romam nocte venienti se obtulisse dicuntur, nuntiantes eo die regem Persen victum atque captum, quod paucis post diebus litteræ Pauli verum fuisse docuerunt. Illud etiam mirabile quod simulacrum Fortunæ muliebre non semel locutum esse traditur; item Junonis Monetæ, cum captis Veiis, unus ex militibus ad eam transferendam missus, jocabundus ac ludens interrogavit utrumque Romam migrare vellet, respondit velle. Claudia quoque proponitur in exemplum miraculis. Nam cum ex libris Sibyllinis Idæa mater esset accita, et in vado Tiberini fluminis, navis qua vehebatur hæsisset, nec ulli vi commoveretur, Claudiam ferunt, quæ semper impudica esset habita ob nimios corporis cultus, deam submissis genibus orasse, ut si se castam judicaret, suum cingulum sequeretur, ita navim quæ ab omni juventute non voluit commoveri, ab una muliere esse commotam. Illud æque mirum quod, lue sæviente, Æsculapius Epidauro accitus, urbem Romam diurna pestilentia liberasse perhibetur. Sacrilegi quoque numerari possunt, quorum præsentibus pœnis injuriam suam dii vindicasse creduntur. Appius Claudius Censor, cum adversus responsum ad servos publicos sacra Herculis transtulisset, luminibus orbatus est, et Potitiorum gens, quæ prodidit, intra unius anni tempus exstincta est. Item, Censor Fulvius, cum ex Junonis Laciniæ templo marmoreas tegulas abstulisset, quibus ædem Fortunæ equestris, quam Romæ feceret tegeret, et mente captus est, et amissis duobus filiis in Illirico militantibus, summo animi mœrore consumptus est. Præfectus etiam M. Antonii Turullius, cum apud Coos, everso Æsculapii luco classem fecisset, eodem postea loco a militibus Cæsaris est interfectus. His exemplis adjungitur Pyrrhus qui, sublata ex thesauro Proserpinæ Locrensis pecunia, naufragium fecit, ac vicinis deæ littoribus illisus est, ut nihil præter eam pecuniam incolume reperiretur. Ceres quoque Milesia multum sibi apud homines venerationis adjecit; nam cum ab Alexandro capta civitas esset, ac milites ad eam spoliandam irrupissent, omnium oculos repente objectus fulgur ignis exstinxit. Reperiuntur etiam somnia quæ vim deorum videantur ostendere. Tiberio namque Attinio, homini plebeio, per quietem obversatus esse Jupiter dicitur et præcepisse, ut consulibus et senatui nuntiaret, ludis Circencibus proximis præsultorem sibi displicuisse, quod Antonius Maximus quidam diverberatum servum sub furca medio circo ad supplicium duxerat, id-oque ludos instaurari oportere; quod cum ille neglexisset, eodem die filium perdidisse, ipse autem gravi morbo esse correptus; et cum rursus eamdem imaginem cerneret quærentem, satisne pœnarum pro neglecto imperio perpendisset, lectica delatus ad consules, et omni re in senatu exposita, recepisse corporis firmitatem, suisque pedibus domum rediisse. Illud quoque somnium non minoris fuit admirationis quo Cesar Augustus dicitur esse servatus. Nam cum bello civili Brutiano, implicitus gravi morbo, abstinere prælio statuisset, medico ejus Artorio Minervæ species observata est, monens ne propter corporis imbecillitatem castris se contineret Cæsar. Itaque in aciem lectica perlatus est, et eodem die a Bruto castra capta sunt. Multa præterea exempla similia afferri possent; at hæc de his sufficiant, VI, 288, 289, 290, 291, 292. Magorum ars omnis ac potentia dæmonum aspirationibus constat, a quibus invocati, visus hominum, præstigiis obcæcantibus fallunt ut non videant ea quæ sunt, et videre se putent illa quæ non sunt. Hi spiritus contaminati et perditi per omnem terram vagantur et solatium perditionis suæ perdondis hominibus operantur. Itaque omnia insidiis, fraudibus, dolis, erroribus complent; adhærent enim singulis hominibus et omnes ostiatim domos occupant et sibi geniorum nomen assumunt. Qui quoniam sunt spiritus tenues et incomprehensibiles, insinuant se corporibus hominum, et occulte in visceribus operati, valetudinem vitiant, morbos citant, somniis animos terrent, mentes furoribus quatiunt ut homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere, VI, 332, 333. Dæmones vagi et incesti spiritus, ut turbent omnia, et errores humanis pectoribus offundant, serunt et miscent falsa cum veris. Inde est quod ab augure lapis novacula incisus est, quod Juno Veiensis migrare se Romam velle respondit; quod Fortuna muliebris periculum denuntiavit; quod Claudiæ manum navis secuta est, quod in sacrilegos et Juno nudata, et Locrensis Proserpina et Ceres Milesia vindicavit, et

Hercules de Appio et Jupiter de Atinio, et Minerva de Cerere. Hinc quod serpens urbem Romam pestilentia liberavit., Epidauro accersitus, 337-341.

EUSEBIUS PAMPHILUS. — Spectra in urbibus quæ Licinio parebant visa, VIII, 38.

JUL. FIRMICUS MATERNUS. — Constans veterum Christianorum opinio sub statuis et imaginibus delitescere dæmones, XII, 1613. De Serapide, Palladio et aliis, XII, 1011-1024.

CASSIODORUS. — Licinius, contra Constantium pugnaturus, spem victoriæ habebat per divinationes et sacrificia. Dicitur eum tunc expertum divinationem Mileti Geminique Apollinis, eique consulenti de bello respondisse per dæmonium his duobus versibus quos Græce scripsit Homerus.

O senex, valde te juvenes pugnatores observant
Tuaque vita soluta est, sævaque te senectus excipiet.

LXIX, 891. Juliani Apostatæ post mortem, compertæ sunt magiæ; nam ingredientes in templum, invenerunt mira principis simulacra; viderunt mulierem capillis appensam, extensas habentem manus, cujus uterum aperuerat, ut Persarum victoriam in jecore inspiceret. In Antiochia plurimas arcas in palatio humanis aiunt capitibus plenas fuisse compertas, et innumera in puteis demersa corpora mortuorum. Post ejus mortem, communiter clamabant omnes : Maxime fatue, ubi sunt tua vaticinia? Vicit Deus et Christus ejus, 1003, 1004.

S. GREGORIUS MAGNUS. — Quidam divitum Romanorum, relicta uxore fuerat a S. Gregorio Romano pontifice communione privatus. Quod ille molestissime ferens, et auctoritatem tanti pontificis evacuare non prævalens, magorum suffragia requisivit. Qui, magni muneribus persuasi posse se suis carminibus agere, ut immisso dæmone, tandiu caballus pontificis vexaretur, quousque cum sessore suo, periclitaretur, fiducialiter promiserunt. Hoc incestus judex pollicitatione lætatus magos juxta viam qua pontifex ad stationem profecturus erat in edito stare permisit, ut videre transeuntes, non videri a transeuntibus possent. Cumque magi ex planctatorum mappulatorumque processionibus magnum pontificem cognovissent, immisso dæmone, tam fortiter ejus equum vexari fecerunt, ut nunquam a sessore sive a stratoribus teneri posse putaretur. Tunc S. Gregorius, revelante Spiritu sancto, dæmoniacam submissionem cognoscens, sancto crucis signaculo, tum caballum a præsenti rabie liberavit, quam maleficos ex latente culmine jubens deponere, perpetua cæcitate multavit, LXXV, 104.

ALCUINUS. — S. Vedastus quodam tempore visitavit equitando quamdam Deo devotam feminam, et ascenso equo ad propria remeare disponebat. Sed mulier prædicta, equitantis patris vestigia sequens, obtulit S. Vedasto filium. Eo accipiente itaque infantem, equus ferox factus est, et huc illucque dentibus frendens, pedibusque calcitrans, et toto corpore insaniens, inconsueto impetu per campum discurrere cœpit; sed cum S. Vedastus orasset, puer non læsus fuit et equus redditus est mansuetudini suæ. Mater filium suum super terram sanum et ridentem suscepit in ulnas suas. Ipse tamen S. Vedastus non equo iter agere, sed asello mansuetissimo ex eo tempore voluit. Sic ergo, miserante Deo, tentatio maligni hostis illi versa est in laudis honorem, et superbia equi a dæmone fuit S. Vedasto humilitatis gratia et magistra CI, 687, 688.

HAYMO. (Ex. S. Augustino, epist. 86.) — Quidam Simon Samaritanus, caput totius pravitatis, et principium totius hæresis, sub Claudio Cæsare magicis artibus et ope dæmonum sublevatus, in urbe Roma deus decernitur, et simulacri potitur honore, collocati inter duos pontes fluminis Tiberis, habens etiam titulum Latinis verbis : *Simoni deo sancto*. Sed non diu permanet, fraude divinitus detecta, CXVIII, 828. Apud Alexandriam ingens templum Serapidis dejicitur, in quo tam vastum erat ipsius Serapidis simulacrum, ut dextera unum parietem, alterum læva perstringeret, quod monstrum ex omni genere metallorum signorumque compositum ferebatur. Hoc insolum dicebant statutis diebus salutari a sole, quoniam arte erat compositum, ut per fenestram exiguam, radius solis directus os et labia ejus populo inspectante illustraret. Sed et in eodem tempore signum solis ex subtilissimo ferro fabricatum, magnete lapide desuper laquearibus infixo, ipsumque trahentibus movebatur deorsum, et tanquam ad salutandum Serapim altius elevabatur. Sed cum ad subvertendum hoc simulacrum Christiani insurgerent, paululum territi retardantur, gentibus pro certo asserentibus, quod si humana manus illud tetigisset, *terra debiscens* illico solveretur in chaos, cœlumque rueret in præceps. Tum ecce unus ex militibus, fide concalescens, correptam bipennem maxillæ veteratoris illidit... Exinde Serapis distrahitur et exuritur; et tunc fraus comperta est : per subterraneos aditus simulacrum ingrediebatur vates dans oracula et aliæ multæ paganorum fraudes tunc deteguntur, 873, 874.

RATHERIUS Veronens, episc. — Quomodo diabolus quædam prodigia magicis artibus agere potest, CXXXVI, 153, 154. Quæ potestas ipsis ex Deo permittente venit, 154. Habes S. Augustini auctoritate multa posse dæmones per angelicam illam suam naturam, quæ etiam non possunt per prohibitionem divinam; nihil vero posse, nisi data desuper potestate, vel ad fallendos fallaces, sicut Ægyptios, quorum similes sunt qui fallacias diaboli aut venerantur tanquam divinas, aut desiderant tanquam proficuas, cum multum etiam illis sint detestabiliores, qui eas exercent, imo per quos exercentur, tanquam virtutes, 157.

OLIVA Vivens, episcop. — Cum obsessiones dæmonum quamdam speciem habeant miraculi, etsi non fiant, nisi Deo permittente, cumque nihil aliud quod pertineat ad miracula falsa adducitur post tertium Ecclesiæ sæculum, nisi stupenda quæ a corporibus a dæmonio vexatis aut possessis fiebant, ad ultimum sufficiat unum præclarum referre exemplum de audacia et astutia dæmonum ad decipiendum animas quæ sibi ipsæmet devovent ad malum; est exemplum sanctæ Afræ et sociarum meretricum, quæ, pro eorum vita, etsi non visibiliter insanirent, ut solebant obsessi, nihilominus, diabolicis catenis vinctæ, veræ obsessæ erant, ut apparebit, cum dæmon eas sibi in potestatem vindicabat, suumque bonum eas esse contendebat. — Erat Narcissus episcopus eodem tempore quo Diocletiani ferebatur insania. Nesciens ubi intraret, profugus ad meretricem ingressus est, Afram nomine, cum diacono suo Felice. Cum spes emendationis et conversionis Afræ et sociarum appareret, cumque Narcissus et Felix orarent, apparuit Ægyptius quidam nigrior corvo, nudus et vulneribus elephantiasis toto corpore plenus, qui dare mugitum cœpit et dicere : O sancte Narcisse episcope, quid tibi cum mea chara Afra? Quid tibi cum ancillis meis, quas ego semper in amicitia mea habui? Deus tuus mundas animas et munda corpora diligit,istæ jam meæ sunt,alius esse non possunt.Numquid ego intro ubi castitas regnat? Numquid locum invenio ubi est spiritus castitatis? Hic tu quid intrasti, ubi inquinata sunt corpora et pollutæ sunt animæ? Tunc Narcissus dixit ei : Jubeo te, immunde spiritus, ut des in responsum quod te interrogavero. Dic mihi, damnate : Scis Dominum meum Jesum Christum Nazarenum tentatum, flagellatum, etc.? Respondit dæmon et dixit : Utinam mihi hoc nescire licuisset! Nam ea hora, qua crucifixus est, Princeps noster fugiens a facie ejus in templum Dei se misit, et ideo velum templi scissum est, tunc saxa, etc., quod princeps noster ab eo crucifixus est, tentus est et catenis igneis est religatus. Respondit Narcissus et dixit : Quod nomen est principis vestri? Dixit ei dæmon : Satan nomen est illi. Dicit ei Narcissus : Dic mihi, quid peccavit Dominus noster Jesus Christus, ut tanta pateretur? Dicit ei dæmon : Numquid peccavit? Dicit ei Narcissus : Et qui nunquam peccavit, quare tanta passus est? Respondit dæmon : Non pro suis peccatis passus est, sed pro alterius. Dicit ei Narcissus : Ex ore tuo te condemnas, immundo spiritus. Cum ergo scias Dominum meum Jesum Christum non pro suis, sed pro alienis peccatis occisum, discede ab iis mulieribus, quia pro illis passus qui ad fidem ejus et gratiam confugerunt. Dicit ei dæmon : Quare docet lex sancta, et jubet ut res alienas non tollat aliquis, tu qui sanctus es, res meas quid tollis? Quid mihi tollis animas quas mihi lucratus sum? Dicit ei Narcissus : Et fractor et fur es tu, ab initio damnate et inveterate; nam istas animas a Creatore suo et Domino tu separasti; ego modo te furem teneo, et Creatori creaturam suam restituo. Respondit ei dæmon dicens : Et ego creatura ejus sum, ergo et me Creatori meo restitui. Dicit ei Narcissus : Tu ipse ore tuo confessus es Christum pro peccatis hominum passum; etsi quomodo pro peccatis hominum passus est et pro dæmone passus esset, te restituerem Creatori tuo; nunc autem sic passus est pro peccatis hominum ut vestrum principem ligaret in infernum et principatum diriperet. Dicit ei dæmon : Modo jube me hic manere ista nocte. Dicit ei Narcissus : Si potes nobiscum manere, mane. Dicit ei dæmon : Si expendis manus tuas ad cœlum et flectis genua tua et psallis Deo tuo, non possum hic manere. Dicit ei Narcissus : Numquam tibi sit bene, immunde spiritus; non solum autem ego, sed et isti omnes tota nocte mecum Domino nostro flectent genua et laudes ei una nobiscum canent. Tunc dæmon diræ vocis teterrimum ululatum emittens nusquam comparuit,CXLII, 593-597.

S. GREGORIUS VII pap. — In Vita seu Passione S. Tie-

monis legitur : Tiemone martyre inter tormenta immaniter excruciato et defuncto, ut homines conati sunt sancti martyris membra de terra levare, Deus ponderavit illa, quasi maxima montium fundamenta, et nec minimum digitorum membrum ullo poterat artificio levare gentilis turma. Ut autem rex audivit hoc factum miraculum, perterritus est cum suis quod tam inauditum perpetrasset homicidium. Et, concilio inito, misit ad suum consiliarium, nefandissimum idolum Machmit nominatum. Quæ gesta sunt nuntiavit; quæ adhuc facienda essent inquisivit. Cui statim idolum tale fertur dedisse responsum : Magnus et potens est Deus Christianorum; nam suis testibus post mortem dat vivere in regno cœlorum. Ecce manifestum est, quem cecidistis, suum esse familiarissimum, et ideo potestatem habere non potestis in illis membris. Ergo quia vos non potestis date licentiam Christianis quatenus illum honorifice, et maximum Patrem studeant sepelire, et quem episcopum meruere viventem, post mortem dignum patronum se habere gaudeant. Et reversi nuntii quæ audierant regi suo detulere responsa, CXLVIII, 903, 904.

JOANNES SARESBERIENS., Carnot. episc. — Vespasianum Judææ vastatorem, patremque Titi Hierosolymorum pii eversoris, ut quibusdam scriptoribus placuit miraculorum signis ad faciendam vindictam in nationibus Dei digitus excitavit (nos vero hæc miracula ficta vel falsa potius putamus). Ipsum namque necdum imperatorem, quidam e plebe luminibus orbatus; itemque alius claudus crure debilis, sedentem pro tribunali pariter adierunt, orantes opem valetudini, eo quod sibi foret in quiete monstratum, oculos restituendos, si eos ille inspiceret, et crus debili rohorandum, si illud dignaretur calce contingere; orantibus amicis, licet invitus, utrumque tentavit; nec defuit eventus, CXCIX, 426. Quid de necromanticis, quorum impietas, Deo auctore, per se ipsam ubique jam viluit, nisi quod morte digni sunt, qui a morte conantur scientiam mutuare? Nam de auspicibus, auguribus, ariolis, pythonissis, aruspicibus et aliis, quorum præ multitudine tædiosa est enumeratio, productiorem sermonem texere, cum nemo istorum jam progrediatur in lucem, sed in latibulis, si quis est exerceat opera tenebrarum, supervacuum est. Aruspices pro parte in extis animalium divinare prædictum est. Chiromantici quoque vera, quæ in rugis manuum latent, se nosse gloriantur. Pythonicorum vero eo perniciosior est consultatio quo fallacia malignorum spirituum in his est manifestior, qui sive mentiantur, sive non, in proposito semper habent ut noceant. Fallunt autem interdum studio fallendi, interdum cæcitatis suæ errore decepti; id tamen agunt assidue, ut futurorum conscii per omnia videantur. Inde est quod ambiguitate verborum obnubilare student oracula, ut cum mendaces, aut fallaces inventi fuerint, aliquo rationis velamento suam quærant tueri fallaciam. Sic utique fallere non desistunt, donec auditores suos præcipitent in ruinam. Cui enim a sæculo vatum profuere responsa? Crœsone, an Pyrrho, aut præcedentium, aut subsequentium cuiquam? Dux Thebanus, dum de oraculo sperat victoriam, fratris mucrone perfoditur. Et tamen avus Laius successus belli visus est polliceri. Quid enim aliud significaret, quod post multas ambages intulit :

Certa est victoria Thebis?

Cæterum ne, interempto duce, mendacii arguatur, ut fallaciam ambigua veritatis nota obduceret, quo malitiam tueatur, subjecit :

Hei mihi! per gladios vicit pater.

...Crœsus maxima regna, si Halin transgrediatur, de oraculorum fide sibi subjectum iri confidit. Sed cum res in contrarium cesserit, fallax Apollo, se unius verbuli æquivocatione absolvit ab invidia mentiendi. Quid Pyrrhus? Romanis victis, quos sæpe in acie virtute fuderat, beneficio Phœbi sibi promittit imperium, sed irreparabiliter stratus, in se ipsum retorsit culpam, qui amphibologiam oraculi minus utiliter intellexit, etc., 461, 462.

S. MARTINUS, Legionens. presbyt. — Huic quæstioni De falsis miraculis antequam finem imponamus, testimonium præclare digestum, ut finis coronet opus, adducemus, quo bene intellecto, ut jam annotavimus in operibus primorum Patrum, mire elucebit quod ad dæmones referenda sunt perplura miracula paganorum, hæreticorum, schismaticorum etiam; nec tunc iis fidem adhibendam esse, quidquid velint probare. Unde S. Martinus Legionensis ait : Boni angeli per gratiam ita sunt confirmati, ut peccare non possint; et mali ita vitio obscurati, ut bene vivere nequeant. Licet mali angeli per malitiam ita sint obstinati, vivaci tamen sensu penitus non sunt privati. Nam, ut tradit S. Isidorus, triplici acumine scientiæ vigent dæmones, scilicet subtilitate naturæ, partim experientia temporum, partim revelatione supernorum spirituum, quorum scientia etiam magicæ artes exercentur, quibus tamen tam scientia quam potestas a Deo data est, vel ad fallendum fallaces, vel admonendum fideles, vel ad exercendam probandamque justorum patientiam. Unde B. Augustinus, Video, inquit, infirmæ cogitationi, quid possit occurrere, cur scilicet, ista miracula magicis artibus fiant. Nam et magi Pharaonis serpentes fecerunt, etiam et alia plura. Sed illud est amplius admirandum quomodo magorum potentia, quæ serpentes facere potuit, ubi ad muscas minutissimas, id est, sciniphes, ventum est, omnino defecit. Cur ergo magi non potuerunt facere sciniphes, nisi quia major aderat dominatio prohibentis Dei per Spiritum sanctum. Quod et magi confessi sunt dicentes : *Digitus Dei est hic*, Dei scilicet manifesta virtus operatur hæc miracula.

Hæc vanitas magicarum artium, ut ait B. Isidorus, ex traditione angelorum malorum in toto terrarum orbe plurimis sæculis valuit per quamdam scientiam futurorum et infernorum, et evocationes eorum. Inventa sunt etiam aruspicia, augurationes, et ipsa quæ dicuntur oracula et necromantia. Nec mirum de magorum præstigiis quorum in tantum prodiere maleficiorum artes, ut etiam Moysi similimis resisterent signis, vertentes virgas in dracones et aquas in sanguinem. Magorum primus Zoroastres, rex Bactrianorum fuit, quem Ninus, rex Assyriorum, interfecit in prælio; de quo Aristoteles scripsit quem vicies centum millia versuum ab ipso condita indiciis voluminum ejus declarentur. Hanc artem multa post sæcula Democritus ampliavit, quando et Hippocrates medicinæ disciplina effloruit. Fertur et quædam maga famosissima Circe quæ socios Ulyssis mutavit in bestias (Virgil. Eglog. VIII, 70). Legitur et de sacrificio quod Arcades deo suo Licio immolabant ex quo quicunque sumerent, in bestiarum formas convertebantur. Hinc apparet non esse in toto dubium quod nobilis ille poeta scribit de quadam femina, quæ magicis artibus excellebat; ait enim :

Ecce se carminibus promittit solvere mentes
Quas velit; ast aliis duras immittere curas,
Sistere aquam fluviis, et vertere sidera retro;
Nocturnosque ciet Manes. Mugere videbis
Sub pedibus terram et descendere montibus ornos.
VIRG., *Æneid.*, IV, 487.

Quid plura? si credere fas est, Pythonissam, prophetæ Samuelis animam de inferni abditis evocare, et vivorum præsentare conspectibus, si tamen animam prophetæ fuisse credamus, et non aliquam phantasmaticam illusionem, Satanæ fallacia factam.

Prudentius quoque de Mercurio ait :

Traditur hinc exstinctas assumpto moderamine virgæ
In lucem revocasse animas.....
Ast alias damnasse neci.

Et post paululum adjecit :

Murmure nam tenues magico excitare figuras,
Atque sepulcrales scite incantare favillas,
Vita itidem spoliare alios, ars noxia novit.

In omnibus ergo supra dictis (et nos idem dicimus), ars dæmonum est ex quadam pestifera societate hominum et malorum angelorum exorta. Unde cuncta vitanda sunt a Christianis, et omni penitus exsecratione repudianda atque damnanda, CCVIII, 566, 567.

VI. — INDEX ALPHABETICUS.

PATRUM QUI CHRONOLOGICE TANTUM IN PRÆCEDENTIBUS QUÆSITIS COLLECTI SUNT.

Abbo (S.), CXXXIX.
Adalbertus, CXXXVI.
Adamanus (S.), LXXXVIII.
Adamus Brem. CXLVI.
Adamus Pers., CCXI.
Ademarus, CXLI.
Ado (S.), CXXIII.
Adrewaldus, CXXIV.
Adso, CXXXVII.
Ælredus, CXCVIII.
Agobardus (S.), CIV.
Agnellus, CVI.
Alcuinus, CI.
Aldhelmus (S.), LXXXIX.
Aldricus, CXV.
Alphanus, CXLVII.
Ambrosius (S.), XIV.
Anastasius Bibl., CXXVII.
Angelrannus, CXLI.
Anno, CXLIII.
Anonymi, CXXXVIII, CLI.
Anscharius (S.), CXVIII.
Anselmus, CXXXIX.
Anselmus Cantuar., CLVIII.
Anselmus Haverb., CLXXXVIII.
Antonius, V.
Arialdus, CXLIII.
Arnobius, V.
Arnoldus, CXLI.
Arnulfus, CXLVII.
Augustinus (S.), XXXII.
Augustinus (S.) Angl. ap. LXXX.
Balduinus Cant., CCIV.
Beda Ven., XCIV.
Benedictus (S), CXXXIX.
Berengosus, CLX.
Bernardus, CXLI.
Bernardus (S.), CLXXXII.
Berno, CXLII.
Bertarius, CXXVI.
Bonifacius (S.), LXXXIX,
Bruno (S.) Carth., CLIII.
Bruno (S.) Sign., CLXIV.
Cæsarius (S.), LXVII.
Calixtus II, pap., CLXIII.
Cassianus, XLIX.
Cassiodorus, LXIX.
Clodovæus, XCVI.
Commodianus, V.
Constantinus Mag., VIII.
Cyprianus (S.), III, IV.
Dagobertus rex, XCVI.
Desiderius (S.), LXXXVII.
Dionysius Exig., LXVII.
Dionysius presb., XCVIII.
Dracontius, LX.
Dungalus (S.), CXXXVII.
Durandus, CXLIX.
Eadmerus, CLIX.
Eberwinus, CLIV.
Eckbertus, CXCV.
Eginhardus, CIV.
Ekkehardus, CLIII.
Eligius (S.), LXXXVII.
Eugyppius, LXII.
Eulogius (S.), CXV,
Eusebius Pamph.. VIII.
Felicitas (sancta), III.
Firmicus Maternus, XII.
Flodoardus, CXXXV.
Folcuinus (S.), CXXXVII.
Forcaldus (S.), CXLVII.
Fortunatus, IX.
Fridegodus, CXXXIII.
Fructuosus, LXXXVII.
Fulbertus (S.), CXLI.
Fulcherius, CLX.
Gaufridus Gross., CLXXII.
Gaufridus, mon., CLXXXV.
Geraldus (S.), CXLVII.
Gerardus, CXXXVIII.
Gerhohus, CXCIV.
Gesta episc. Antiss., CXXXVIII.
Gesta episc. Cam., CXLIX.
Gezo, CXXXVII.
Gillebertus, LI.
Godefredus, CXLIX.
Goffridus, CLVII.
Goscelinus, CCV.
Gregorius (S.) Turon., LXVI.
Gregorius Mag. (S.), LXXV.
Gregorius VII (S.), CXLVIII.
Gualterus, abb., CLXVI.
Gualterus, mon., CLXXIII.
Guaiferus, CXLVII.
Guibertus, LXV.
Guibertus, CLV.
Guillelmus, abb., CL.
Guillelmus Dand., CCIV.
Gundulfus, CLIX.
Haymo, CXVIII.
Helinandus, CCXII.
Hemmingus, CL.
Henricus (S.), CXL.
Herbertus, CLXXXV.
Hericus mon., CXXIV.
Herlembaldus, CXLIII.
Herigerus, CXXXIX.
Hermannus, CLXX.
Hervæus, CLXXXI.
Hieronymus (S.), XXII.
Hilarius (S.) Pict., IX.
Hilarius Arelat., (S.), L.
Hildebertus, CLXXI.
Hildefonsus (S.), XCVI.
Hildegardis (sancta), CXCVIII.
Hilduinus, CVI.
Hincmarus Rem., CXXV.
Honorius August., CLXXII
Hrotsuitha mon., CXXXVII.
Huchaldus, CXXXII.
Hugo Cluniac., CLIX.
Hugo (S.), episc., CLIII.
Hugo a S. Victore, CLXXVI.
Idacius, LI.
Innocentius III, CCXVII.
Isidorus (S.) Hisp., LXXX.
Joannes abb., CXXXVII,
Joannes mon., CLXII.
Joannes Cirita, CLXXXVII.
Joannes Saresb., CXCIX.
Jonas, LXXXVII.
Josephus sacerd., CVI.
Junilius, LXVIII.
Lactantius VI, VII.
Lanfrancus, CL.
Leo (S.) pap., LV.
Leo IX pap. (S.), CXLIII.
Leo Atinens., CXLIII.
Leo Marsican., CLXXIII.
Leodegarius (S.), XCVI.
Letaldus, CXXXVII.
Lucius Dexter. XXXI,
Ludgerus (S.), XCIX.
Lupus (S.), XCIX.
Maiolus (S.), CXXXVII.
Marcellinus, LI.
Martinus (S.) Legion., CCVIII.
Mathildis (sancta), CLI.
Meginfredus CXLI.
Minucius Felix, III.
Norbertus (S.), CLXX.
Odilo (S.), CXXXII.
Odilo abb. (S.), CXLII.
Odo Bellov., CXXIV.
Odorannus, CXLII.
Oliva, CXLII.
Optatus (S.), XI.
Ordericus, CLXXXVIII.
Othlonus, CXLVI.
Pasch. Radbertus, CXX.
Paulinus (S.), XIV.
Paulinus Nol, LXI.
Paulus Emerit., LXXX.
Perpetua (sancta), III.
Petrus Chrysolog. (S.), LII.
Petrus Ven., CLXXXIX.
Petrus Damian. (S.), CXLIV.
Philippus de Harveng, CCIII.
Pontius diac., III.
Prosper (S.), LI.
Prudentius, LX.
Rabanus Maur., CVII.
Radbodus, CL.
Radulphus Ard., CLV.
Ratherius, CXXXVI.
Reinerus, CCIV.
Rembertus (S.), CXXVI.
Robertus (S.), CLVII.
Robertus de Arbris., CLXII.
Rodulphus Glab., CXLII.
Rodulphus, abb., CLXXIII.
Rufinus Aquil., XXI.
Rupertus, CLXVII.
Sedulius Scotus, CIII.
Severinus (S.), LXII.
Sicardus, CCXIII.
Sigebertus monac., CLX.
Sigehardus, CXXXIII.
Sisebutus, LXXX.
Stephanus (S.) Leod., CXXXII.
Stephanus rex, CLI.
Stephanus de Mureto, CCIV.
Stephanus Tornac., CCXI.
Sugerius, CLXXXVI.
Sulpicius Sever., XX.
Sulpicius (S.), LXXX.
Taio, LXXX.
Tertullianus I, II.
Thangmarus, CXL.
Thiofridus, CLVII.
Thomas (S.) Cant., CXC.
Urbanus II, pap., CLI.
Usuardus, CXXIII.
Utho, CXXXIV.
Valcandus, CLI.
Varnaharius (S.), LXXX.
Ven. Fortunatus, LXXII.
Victor Vitens., LVIII.
Victor III, pap., CXLIX.
Victorinus (S.), V.
Vitæ Patrum, LXXIII, LXXIV,
Walafridus Strab., CXIV.
Wandalbertus, CXXI.
Warnaharius (S.), LXXX.
Willelmus mon., CL.
Willelmus abb., CLXXIX.
Willelmus abb., CCIX.
Wippo, LXLII.
Wolferus, CXLI.
Wolfhardus, CXXIX.
Wolphelmus (S), CLIII.
Wolstanus, CXXXVII.
Zeno (S.), XI.

LVII.

INDEX MYTHOLOGICUS,

SEU DE DIIS, DEABUS ET SUPERSTITIONIBUS PAGANORUM,

JUXTA ORDINEM ALPHABETICUM DISPOSITUS.

—

MONITUM.

In hoc Indice, omnes referimus, ordine nominum alphabetico, deos vel deas quibus olim Pagani exhibebant divinum cultum, quod sæpe sæpius illis exprobravere Patres. Numero Romano tomum, Arabico columnam revocamus, ubi variæ istæ superstitiones impugnantur vel etiam irridentur.

A

Abeona dea. Tertull., I, 600. — S. August., XLI, 128, 196.

Abroxan Basilides dixit esse summum Deum Tertul., II, 62.

Accipiter cultus ab Ægyptiis. Lactant., VI, 786.

Acdestis ortus fabulosus. Arnob., V, 1089. — Acdestis contemptor deorum hominumque, *ibid.*, 1089, 1090, 1091, 1093. — Terrorem diis incutit, *ibid.*, 1089. — Atydem amat, *ibid.*, 1090, 1091. — Viro se spoliat, *ibid.*, 1091. — Ejus interitus, *ibid.*, 1110, 1113.

Achamot Æon Valentini. Tertull., II, 68, 564, 568, 571 *seqq.*

Acheron fluvius. Arnob., V, 831.

Acherusii aditus. Arnob., V, 1141.

Achivi dii. Achivorum et Trojanorum deorum bella. Tertull., I, 351.

Acinax. Acinacem Scythæ pro Deo colunt. Arnob., V, 1185.

Acrisius in arce Larissæ terræ mandatus est. Arnob., V, 1173.

Actæon, corniger venator. Arnob., V, 986. (*Texte et note*).

Adeona dea. S. Augustin., XLI, 128, 196.

Admeti regis greges Apollo pavit. Tertull., I, 352.

Adonis. Arnob., V, 1059, 1266; Adonis in aprum conversus a Marte. Fironic. Stolern. XII, 1004.

Adoratio principum. Arnob., V, 940.

Æacus. Arnob., V, 1167. — Æacus judex inferorum. Lactant., VI, 804.

Ægeria nympha, Pompilii conjux habita. S. Aug., XLI, 233.

Ægyptii dii. De Ægypto omnis superstitio provenit. Tertull., I, 640. — De superstitionibus Ægyptiacis auctores consulendi. Lactant., VI, 282. — Primi tradere metempsychosim, *ibid.*, 405. — De cultu animalium apud illos, *ibid.*, 620, 786. — Oves et bestias consecrabant. Tertull., I, 418; adorabant, *id.*, II, 596. — Eos capite damnabant qui unam occidissent, *id.*, I, 418. — Ægyptiorum dii ibis et crocodilus, *id.*, II, 302. — Ægyptii tauri antistites, *ibid.*, 928, 953. — Ægyptiorum hierophantæ, *ibid.*, 260. — Ægyptii superstitiosi. Arnob., V, 938, 939. — Lege prohibuerunt ne quis publicaret quo loco Apis jaceret absconditus, *id.*, 1176. — Ægyptii primi astra contemplare cœperunt et adorare. Lactant., VI, 328. — Solem colebant sub Jovis imagine, *ibid.*, 621.

Æneas quam immerito pius et deus dictus sit. Tertull., I, 599. — Patriam prodidit aut deseruit, *ibid.*, 598. — Ignavus post Laurentinum prælium non comparuit, *ibid.*, 599.

Æones Valentinianorum. Tertull., II, 47, 68. — Ophitarum, *ibid.*, 64.

Aer. Cultus aeris apud Assyrios et nonnullos Africæ populos. Firmicus Maternus, XII, 989.

Æsculapius Æsculapii nativitas. Arnob., V, 760, 944. — Lactant., VI, 160. — Educatio, *ibid.*, 190. — Apollinis et Coronidis seu Pharonidis vel Arsinoes filius, incerto patre natus. Tertull., I, 352, Arnob., V, 1279. — Quibus factis divinos honores sit meritus. Lactant., VI, 160. — Deus sanctus. Arnob., V, 1279; Medicus. Arnob., V, 770, 1245; S. Aug., XLI, 128. — S. Isid., LXXXII, 314. — Herbarum repertor. Arnob., V, 760, 764. — Custos et præses sanitatis. Arnob., V, 770, 781, 912, 1279. — Ab Epidauro Romam advocatus. Arnob., V, 1279; S. Aug., XLI, 254. — Æsculapio naviganti Romam Epidaurius serpens comes adhæsit. S. Aug., XLI, 294. — Æsculapius homo idem et deus, *ibid.*, 254. — Cur fulmine ictus perierit. Lactant., VI, 160. — Ob medicinam et avaritiam a Jove ictu fulminis percussus. Tertull., I, 352; S. Cyprian., IV, 225; Arnob., V, 1048. — Æsculapium et matrem ejus adorabant Athenienses. Tertull., I, 605. — Templum Æsculapio consecratum in monte Lybyæ. S. Aug., XLI, 254. — Sacerdotes ejus induebantur pallio. Tertull., II, 1031. — Et crepidis crotalis, *ibid.* — Stantes ministrabant. Tertull I, 612. — Æsculapio Gallus sacratus. Tertull., II, 648; Lactant., VI, 97. — A Christianis interrogatus dæmonem se esse fatebitur. Tertull., I, 413. — Æsculapius, alia die morituris Socordio, Denatio et Asclepiodoto, vitæ subministrat. Tertull., I, 413. — Æsculapi, barbatus. Lact., VI, 273. — Æsculapii vindemia. Arnob., V, 1263. — Æsculapius cum baculo. Arnob, V, 1213. — Æsculapii tres, *ibid.* 1031.

Afferenda dea. Tertull., I, 601.

Agdir vel Abdir, lapis sive dea culta in simulacro lapidis. Lact., VII, 496 (*n*). Idem cum lapide quem Saturnus dicitur pro Jove devorasse. Lactant, VII, 497 (*n*).

Agdus deus lapis. Lactant. VII, 496.

Agenoria dea. S. Aug., XLI, 122, 125.

Αἰγιοχὸς Jovis cognomen. Lactant. VI, 240.

Alagabus deus lapis. Lactant., VII, 497 (*n*).

Albana dea Tertull., I, 600.

Albunea sibylla Lactant., VI, 144.

Alburnis deus. Tert., I, 290. — A Metello inventus, *id.*, II, 206.

Alcides. Arnob., V, 1266.

Alcmena. Arnob., V, 924, 1043, 1126.

Alecto furia infernalis S. Aug., XLI, 88.

Allegoriæ de diis. Arnob., V, 1147 *seq.*

Altaria profana. S. Cyprian., IV, 152.

Amalthea nympha Jovem infantem aluisse creditur. Lact., VI, 240.

Amalthea Cumana Sibylla. Lactant. VI, 148.

Ambrosia cibus deorum juxta poetas. Lactant., VII, 282.

Ammundas. Commodianus Afer, V, 215.

Amphiaraus. Amphiarai oraculum apud Orapum. Tertull., I, 750.

Amphilochus. Amphilochi oraculum apud Mallum. Tertull., II, 750.

Amphion. Amphionis fabula. S. Aug., XLI, 570.

Amphitrite. Arnob., V, 1054.

Amphitryo. Arnob., 1265.

Antæus Antæi fabula. S. Aug., XLI, 570.

Antelii dæmones. Tertull., I, 684; II, 97.

Antinous deus. Tertull., I, 600; II, 266.

Antiquitas plerosque auctores etiam deos existimavit. Tertull., II, 649.

Antrum (Jovis) in Creta. S. Cyprian., IV, 225.

Anubis deus. Tertull., I, 597. S. Aug., XXXII, 750. — Anubis deus canina cum facie. Arnob., V, 1214.

Apis, tertius rex Argivorum. S. Augus., XLI, 563. — Apis factus est Serapis maximus Ægyptiorum deus. Tertull., II, 261; Arnob., V, 761; Lactant., VI, 235; S. Aug., XLI, 563. S. Isid., LXXXII, 323. — Apis bovis caput habet. Lactant., VI, 472. — Bovem in honorem Apis colebat Ægyptus. S. Aug., XLI, 563. — Apis fuit symbolum Josephi. Lactant., VI, 235. — Ubinam cultus, *ibid.*, 621. — Apis ædificia in Ægypto. Tertull., II, 261. — De eo auctores quinam consulendi. Lactant., VI, 621. — Lunæ symbolum fuit apud Memphitas, *ibid.*

Apollo duplex. S. Aug., XXXIII, 983. Apollo levia et

imberbis. Tertull., I, 574. — Admeti regis greges pavit. Tertull., I, 332; S. Cyprian., LV, 225; Arnob, V, 1054; S. Aug., XLI, 571. — Appollinem apud Græcos πυραῖον legimus Tertull., I, 684; II,97.— Apollinis oracula ambigua et fallacia, *id.* 408. — Delphis colebatur ob interfectum draconem, *id.*, II, 85. — Ejus sacerdotes non nubent, *id.*, 1284. — Delphos non defendit de manu Pyrrhi, *id.*, 607. — Appollinares ludi, *id.*, 638. — Apollo. Arnob., V, 747. — S. Isidor., LXXXII, 314, 319. — Locupletatus fefellit homines ambiguitate responsi. Arnob., V, 1028. — Spoliatur a prædonibus, *ibid.*, 1209. — Apollo Clarius, Didymæus, Philesius, Pythius, *ibid.*, 747, 748. — Latonius, *ibid.*, 1054. Pythius, *ibid.*, 748, 968, 985. — Sminthius, *ibid.*, 985. — Divinus, *ibid.*, 1209. — Musicus, *ibid.* 1245. — Non semper Romæ cultus, *ibid.*, 920. — Apollo, Liber, Sol, unum numen, *ibid.*, 985. Apollinis Milesii testimonia pro divinis habebantur ab Ethnicis. Lactant., VI, 138. — Ejus de Deo testimonium, *ibid.*, 149. — Unde Smynthius appellatus, *ibid.*, 151. — Pastoricium munus cur exercuerit, *ibid.*, 161. — Cum Neptuno muros Trojanos condidit, *ibid.*, 161. S. Aug., XLI, 79. — Hyacinthum quomodo occiderit, *ibid.*, 161. — Milesius quare dictus, *ibid.*, VI, 484. — Illius de Christo testimonium, *ibid.*, 485. — Apollo Colophonius, *ibid.*, 148. — Apollo cultus a Milesiis. Lact., VII, 443. — Apollinis flagitia. Lactant., VI, 160, 161. — Apollo frater Dianæ qui et Sol esse dicitur. S. Aug., XLI, 207.— Apollo ignarus futuri, *ibid.*, XLI, 79. — Oraculum de Pyrrho, *ibid.*, 94. — Apollinis oraculum Christum vituperabat, *ibid.*, 620, 653. — Apollo Cumanus quatriduo flevisse fertur, *ibid.*, 86. — Quid de Apollinis fletu aruspices dixerunt, *ibid* 86. — Apollo pro Trojanis pugnabat, *ibid.*, 79. — Apollo quare sagittas tenet, *ibid.*, 207. — Apollini Delphico quare instituti ludi musici, *ibid.*, 569. — Apollo Ephebus pingitur, *ibid.*, XLI, 184. — Apollo deus medicinæ cum Æsculapio, *ibid.*, 129. — Divinator et medicus, *ibid.*, 207. — Apollo filius Latonæ Admeti regis armenta cum Hercule pavit, *ibid.*, 571. — Alter ab illo qui reddebat oracula, *ibid.*, 571.

Apollonius Thyaneus. S. Aug., XXXIII, 383, 514. — Multo major quam Jupiter, *ibid.*, 533. — Apollonium Thyanæum conferre Christo vel etiam præferre quidam conati sunt, *ibid.*, 533.

Apotheosis, pompa solemnis. Tertull., I, 451. — Ejus origo. Lactant., VI, 192 *et seq.* — De ejus ritibus quinam auctores consulendi, *ibid.*, 193.

Aqua. Aquam religione medicari existimabant ethnici. Tertull., I, 1205. — Eorum aquæ viduæ, *id.*, 1204. — Eis incubat diabolus in rivis, in fontibus.... res Dei æmulans, *ibid.*, 1205. — Villas, domos, totasque urbes aspergine circumlatæ aquæ expiabant ethnici, *ibid.*, 1204 *et seq.* — In ludis Apollinaribus et Eleusinis aqua se lingebant in regenerationem et impunitatem suorum perjuriorum, *ibid.*, 1205. — Aquæ cultus apud Ægyptios. Firmicus Maternus, XII, 984.

Aquila, unde Jovi dicata. Lactant., VI, 183. — De ejus cultu apud Ægyptios, *ibid.*, 787.

Aquilicium Jovi immolatum. Tertull., I, 487.

Arabum dii, qui. Tertull., I, 418. — Arabes lapidem pro deo coluerunt. Lactant., VII, 494.

Aræ deorum. Tertull., I, 347. — Tituli eorum quibus dedicabantur aris inscripti, *ibid.* — Aris inhalantes, qui, *ibid.*, 413. — Inter ipsas aras gentilium lenocinia tractabantur, *ibid.*, 363.

Arbores circa deorum templa plantata. Tertul., I, 315.

Argentinus deus, dei Æsculani filius. S. Aug., XLI, 103.

Argius deus. Tertul., 606.

Argus filius Apis rex Argivorum. S. Aug., XLI, 564. — Argus post obitum ut deus haberi cœpit, *ibid.*, 564.

Ariadna inter sidera inter delineata. Tertull., II, 142. — Ariadnæ sertum ex auro et indicis gemmis, *ibid.*, 85.

Arcitenentes Diana et Apollo Arnob., V, 760.

Arquitenens Delius. Arnob., V, 1042.

Arsinoas. Arnob., V, 1055.

Aruspices Tertull., I, 495. — Aruspices et deorum et mortuorum, *ibid.*, 347. — Aruspices de Cæsarum morte consulti, *ibid.*, 459. — Comparantur magis et ariolis, *ibid.*, 495, 642.

Asinos adorabant ethnici cum Epona et Iside. Tertull., I, 577.

Assyriorium regimen dii ipsorum non sunt tutati. Tert., I, 608.

Astaroth et Astarte nomen Junonis. S. Aug., XXXIV, 797.

Astarte seu Atagartis Syria dea. Tertull., I, 418.

Astrologi. Astrologorum artes, sicuti Aruspicum et Augurum et Magorum ab angelis desertoribus proditæ *et a Deo interdictæ*. Tertull., I, 459. — Astrologi notantur, *ibid.*, 248; II, 671. — Consultabant dæmones de futura Cæsarum morte. Tertull., 459.

Astronomi. Astronomus Volaticam spectat, Tertull., II, 1050.

Atabyrius Jupiter. Lactant., VI, 248.

Athenæ. Atheniensium deus Numentinus. Tertul., I, 1596. — Athenas Minerva a Xerxe non defendit, *ibid.*, 607.

Athus filius cœli et terræ et Saturni pater. Tertull., I, 601.

Atlantea progenies. Arnob., V, 965.

Atlantica Neptuni. Arnob., V, 727.

Atlas astrologus, rex Mauritaniæ. S. Aug., XLI, 599. — Quare cœlum portare fingitur, *ibid.*, XLI, 565. — Atlas mons cultus quasi deus ab accolis. Lactant., VII, 404.

Attalas rex e Phrygia Romam misit lapidem qui pro Magna Matre susceptus est. Arnob., V, 1283, 1284.

Attica idololatria, quæ Tertull., 255, — Attica mysteria. Tertull., I, 474.

Atys vel Attis deus ex Pessinunte in scena repræsentatus. Tertull., I, 576. — Attis sol Arnob., V, 1157. — De eo fabula, *ibid.*, 1095. Ejus nativitas, *ibid.*, — Atys speciosus., *ibid.*, 1063, 1093. — Amatus a matre deum *ibid.*, 1093. — Abcissus, *ibid.*, 771. — Virilibus orbatus, *ibid.*, 1095, 1154. — Atys quinam fuerit. Lactant., VI, 205. — De ejus cum Cybele et Sangaride nympha amoribus, *ibid.* — Atys formosus adolescens abscissus. S. Aug., XLI, 185. — Atys fabula, *ibid.*, 215.

Augures, eorum origo. Lactant., VI, 613. — S. Isidor., LXXXII, 312.

Auguria irridet Cicero. — S. Aug., XLI, 136. — Augnria et Auspicia Romanorum. Marcus Minucius Felix III. 253. — Quam vana, *ibid.*, 320. — Auguria vetita. S. Cyprian., IV, 325. — Auguria in pretio apud ethnicos. Lactant., VI, 287. — Eorum repertor, *ibid.*, VI, 288.

Aurea mala ab Hesperibus sumpta, Arnob., V, 1122.

Auspicia vincendi. S. Cyprian., IV, 33. — S. Isid., LXXXII, 312.

B

Baal, nomen Jovis. S. Aug., XXXIV, 797.

Babylonii ignes. S. Cyprian., IV, 120.

Bacchanalia sacra immania. Arnob., V, 1118. — Bacchanalia Libero patre instituta. S. Aug., XLI, 571. — A senatu in urbe Roma prohibita, *ibid.* — Tertull., I, 304, 306.

Bacchantes seu Bacchæ unde appellatæ. Lactant., VI, 163.

Bacchus et Apollo idem cum Sole. Arnob., V, 985. — Bacchus Δεσάρης dictus apud Arabes. Lactant., VII, 494. — Qua forma ab iis colebatur, *ibid.*, — Cultus aliquando sub figura columnæ, *ibid.*, 498. — Quibus factis divinos honores sit adeptus, *id.*, 164. — Ejus amores, *ibid.*, — Indicus dictus, *ibid.*, — Ipsius in expeditione Indica comitatus, *ibid.*, 164, 995. — Vini inventio non ipsi tribuenda, *ibid.*, 213, 327. — A quo sacra ejus in Græciam inducta, *ibid.*, 247. — Orphica et Orgia cur dicta, *ibid.* — De iis auctores quinam consulendi, *ibid.* — Bacchi orgia olim exterminata. Tertull., I, 304, 306. — Bacchanalium furiæ in quibus nec mortuis parcebant Christianis. Tertull., I, 461.

Baubo Cererem hospitio recepit eamque pudendis nudatis exhilarat. Arnob., V, 1133, 1134, 1135, 1150.

Belenus, deus Noricorum. Tertul., I, 419, 596.

Bellerophontis fabula. S. Aug., XLI, 570.

Bellona. Arnob., V, 751. — dea bellorum, *ibid.*, 972. — Conjux Martis. S. Aug., XLI, 191. — Templum Bellonæ constitutum Romæ, *ibid.*, 105. — Sacrorum illius celebrandorum ritus. Lact., VI, 234. — Bellonæ sacerdotes consecrabantur sanguine. Tertull., I, 321. — Hujus deæ initiatorum tenebrica vestis et tetricum super caput vellus, II, 1045.

Belus. Ejus sacra Edessæ quam antiqua. Lactant., VI, 229. — Trojano bello antiquior, *ibid.*, 250. — Saturno coævus quinam fuerit *ibid.*

Berecynthia. Arnob., 1107.

Boetia habebat Trophonii oraculum. Tertull., II, 730, 1039.

Boetuli lapides apud Phœnices. Lactant., VII, 495. — Ipsis templum exstructum in Oriente, *ibid.*, VII, 469.

Bona dea eadem quæ Fatua Fauna. Tertull., I, 36. —. Lactant., VI, 245.

Bos Ægyptiorum deus Apis. Tertull., I, 129; S. Aug., XLI, 564. — Ejus sacerdotes continentiam servabant. Tertull., II, 928.

Bromius idem ac Liber.

Bubona, dea boum curam gerens. S. Aug., XLI, 140.

RIS et ejus bustuaria altaria. Tertull., II, 1041. —
. S. Aug., XLII, 601. — Tyrannus filius Neptuni
re Libya, *id.*, XLI, 570. — Diis suis suos hospites
bat, *ibid.*, 570.
OS Æon Valentini. Tertull., II, 68, 551, 666.

C

RI dii, ubi culti. Lactant., VI, 194.
dea a Romanis culta. Lactant., VI, 226.
BULUS Saturni. Tertull., I, 344.
CEUS Mercurii. Tertull., I, 576.
LUS deus. Tertull., I, 606.
RES deos dicebant Romani et deridebant. Tert., I,
æsari aræ, templa, sacerdotes, pulvinar juxta deos
ibid., 247.— Cæsarum facta cur a Christianis non
bid., 452.
A dea Venus. Lactant., VI, 225.
LAM Diana doluit. S. Aug., XLI, 86.
NA canere docet. S. Aug., XLI, 122.
LIFERA dea. Tert., I, 600.
NERIOS adorabant gentiles. Tertull., 365.
R immolatur Libero. Arnob., V, 1244.
OLIUM omnium dæmonum seu deorum curia et
n. Tert., I, 646. — Qui dii e Capitolio rejecti.
, 373. — Capitolinum templum, nisi soluto tributo
non licebat, *ibid.*, 345, 574. — In calamitatibus
ad Capitolium implorabant Romani, *ibid.*, 487.
EA dea. Tert. I, 683; II, 97.—Cardea dea præfecta
ostii. S. Aug., XLI, 119.
NTES quæ fata nescientibus canunt. S. Aug., XLI,

ENSIUM deus Delventius. Tert., I, 420.
R et Pollux. Castor, Jovis filius. Tert., II, 378.
et Polluci equi a Mercurio distributi, *id.*, I, 641.—
t Pollux quare Tyndaridæ appellati. Lactant., V,
lienarum sponsarum raptores, *ibid.*, 161. — Poe-
de illis commentum, *ibid.*, 162. — Variæ eorum
ones, *ibid.*, 289. — Castor et Pollux in deos re-
Aug., XLI, 134.
RES dii. Tertul., I, 606; Arnob., V, 761, 924. —
tria genera, *ibid.*, 1031. — Castorum deorum phan-
. Tert., I, 409. — Castorum honori ova ascribunt,
639.
OLICI spiritus. Tertull., II, 698.
s deus catos, id est acutos facit. S. Augustin.,
8.
PII, Arnob., V, 1132.
US inter sidera delineatus ab Arato. Tertull., II,

RUS. Cerberi fabula. Arnob., V, 1142. — S. Aug.,
0.
in Trinacriæ finibus nata. Arnob., V, 760.—Ceres
inventrix colitur. Tert., I, 334; Arnob., V, 764,
Isid., LXXXII, 320.—Ceres mammosa. Arnob., V,
13.— Fruges demonstravit, non instituit. Tert., I,
Cereris currus ab anguibus ferebatur, *ibid.*, 541.
ri vestes tenebricosæ placent, *id.*, II, 1043. —
acra. Arnob., V, 909; S. Aug., XLI, 185, 210.
ri initiatorum cultus omnis candidatus, vittæ et
privilegium. Tertul., II, 1045. — Cereris sa-
, viris consentientibus, amica separatione
ir. Tert., II, 953. — Feminæ Cereris Africanæ,
abdicato matrimonio adsenescunt, *id.*, II, 928.
ludi, *id.*, I, 638. — Ceres Jasonem deperit.
V, 1059.— Cererem Matrem Magnam seu Terram
nem esse perhibent. S. Aug., XLI, 207. — Ceres
nero seminibus præponitur, *ibid.*, 207. — Ceres
Lact., VI, 291.
quid sit. Lactant., VI, 131. — An ab eo cuncta
nt, *id.*, VI, 132. — Error veterum de ejus æter-
bid., 297.
s æon Valentini. Tert., II, 551.
RES deæ. Tertull., II, 85.
N Æsculapium medicinam docet. Lact., VI, 160.
IS Zephyro nupta. Lactant. VI, 219.
IS Junonis sacerdos. Arnob., V, 1209.
RIA Sibylla. Lactant., VI, 142.
dea. Arnob., V, 972, 979, 1186.
Solis filia. Arnob., V, 1029. — Circe maga famo-
S. Aug., XLI, 573. — Socios mutavit Ulyssis,
5.
INA dea. Tertul., II, 266. — Lactant., VI, 220. —
, XXXIII, 84. — Unde sic dicta. Lactant., VI,
Aug., XLI, 118. — Cloacinam Tatius dedicavit
., XLI. 190.— Cloacina nomen Veneri tributum,
8.
US fluvius. Arnob., V, 831.

CŒLESTIS dea Afrorum. Tertull., I, 419, 596. — Illi bestiæ applicatæ, *ibid.*, 341. — Cœlestis dea apud Afros et Carthaginienses maximo in honore habita. S. Aug., XXXVI, 752; XXXVII, 1270; XXXVIII, 624; XLI, 75. — Cœlestis dea pluviarum Pollicitatrix. Tert., I, 413. — Sacra deæ cœlestis turpia. S. Aug., XLI, 75.

CŒLUM patrem Saturni fabulantur. S. Aug., XLI, 209. — Cœlum esse Jovem innumerabiliter affirmant, *id.*, 210.

COLLATINA dea collibus præfecta. S. Aug., XLI, 118.

COLOPHONIS scaturigo dæmoniaca lymphaticos efficit. Tert., II, 734.

CONCORDIA dea. S. Aug., XLI, 105, 132. — Vane Concordia ut dea habita a Romanis, *ibid.*, 106. — Concordiæ ædes facta in loco seditionum et cædium, *ibid.*, 105, 106.

CONSENTES dii. Arnob., V, 995, 996; Lactant., VI, 199. — Consentes dii in consilium Jovis adhibiti. S. Aug., XLI, 130.

CONSEVIUS deus. Tert., I, 600. — Illius officium, *ibid.*,

CONSUALIA festa. Tertul., I, 637.

CONSUS deus. Tert., I, 600. — Consilii deus. Tertull., I, 637; S. Cyprian., IV, 340; Arnob., V, 967; S. Aug., XLI, 122. — Idem ac Neptunus equestris. Tert., I, 637, 640; Lactant., VI, 712; S. Aug., XLI, 61. — A Romulo inventus, Tert., II, 266. — Huic circenses ludi consecrati. Lactant., VI, 712. — Consi arx in circo. Tert., I, 637. — Consualia, ludi circenses unde sic dicti. S. Aug., XLI, 61. — Ejus ara in circo defossa est ad primas metas sub terra. Tert., I, 637, 640.

CORYBANTES. Lactant., VI, 187.— In cultu Corybantum fœdi ritus adhibiti. Firmic. Matern., XII, 1006.

CORYBANTIA æra. Tert., I, 426. — Corybantia sacra. Arnob., V, 1120.

CROCODILUS ab Ægyptiis colitur. Tert., II, 302.

CULTUS dæmonum. Commodian. Afer V, 203.

CUMÆA seu CUMANA sibylia. Lactant, VI. 143. — Multa de Christo cecinit. S. Aug,, XLI, 580. — Cumæa vates aliquid de unico Salvatore in spiritu forte audiit, *id.*, XXXIII, 1073.—Cumæum carmen, *id.*, XXXIII, 393; XXXV, 2089. — Cumææ sibyllæ tribuuntur carmina, nomine Erythrææ vulgata, *id.*, XLI, 580.

CUNINA dea quæ cunas infantum administrat. S. Aug., LXI, 118, 122.

CUPIDO. Dei istius origo. Lactant., VI, 207; S. Isidor., LXXXII, 322. — Triumphum Cupidinis poetæ quinam scripserint. Lactant., VI, 896.

CYBELE dea, in theatris representata. Tert., I, 570. — Suspirat Allydem, pastorem fastidiosum, *ibid.*, 359. — Romam migravit, *ibid.*, 424 *et seqq.* — Nescivit Aurelii imperatoris mortem, *ibid.*, 425. — Cybelæ bestiæ applicatæ, *ibid.*, 341. — Ei proprium sanguinem libabat archigallus, *ibid.*, 425.

Sacra ejus a gallis sacerdotibus celebrata. Lactant., VI, 206. — Varia ejus nomina, *ibid.*, 233. — Sacrorum ejus celebrandorum ritus, *ibid.*, 234. — Antistites ejus Melissæ nuncupatæ, *ibid.*, 248. — Dea montium cur vocata. Lact., VII, 404. — Item Πυλήνη seu Στυλήνη dicta, *ibid.*, — Eadem lapis sacer nomine Agdus in finibus Phrygiæ, *ibid.*, 496. Domina proprie dicta, *ibid.*, 572.

CYNEGIUS, filius Floræ. S. Aug., XL, 157, 591.

CYNOCEPHALUS, unum ex numinibus Romanorum. S. Aug., XLI, 59. — Cynocephalus ex Ægypto Romam venit, *ibid.*, 87.

CYTHEREA Venus. Arnob., V. 1046. — Cupidinum mater, *ibid.*, 973. — Ejus simulacra. Arnob., V, 1191.

D

DÆDALUS. Dædali fabula. S. Aug., XXXII, 894; XLI, 570.

DÆMONES nomine Deorum quidam appellarunt, S. Aug., XLI, 255. — S. Isid., LXXXII, 315. — Dæmon quomodo ab homine factus deus. S. Aug., XLI, 252. — Dæmonia non simpliciter dii, sed dii gentium dicuntur, *id.*, XXXVII, 1757. — Dæmonia alia majora, alia contemptibiliora, *ibid.*, XXXVII, 1375. — Dæmones a diis quidam distinxerunt, *id.*, XLI, 257.

DANAE. Arnob., V, 1147, 1265. — An aureo imbre sit delusa. Lactant., VI, 170. — Danaes concubitum per imbrem aureum appetivisse Jovem quid significet. S. Aug., XLI, 571, 572.

DAPHNE. Arnob., V. 1055.

DEÆ. Commodianus Afer, V, 212. — Deæ mites. Arnob., V, 1208. — Parturiunt, *ibid.*, 948, 949, 950, 962,

DECIMA (dea). Tert., II, 713.

DELPHINOS. Neptuno vovebant. Tert., I, 639.

DELVENTIUS deus Casiniensium. Tert., I, 420.

DEMOPHILE sibylla. Lactant., VI, 143.

DEUCALION et Pyrrha. Arnob, V, 1089.

Δευσάρης, nomen Bacchi apud Arabes Lactant., VII, 494.

Diana dea Scytharum. Tert., II, 136, 953. — Diana virgo figuratur, *id.*, I, 574 : flagellata, I, 358. — Diana, Ceres, Luna, capita unius Dei. Arnob., V, 986. — Diana semitectis femoribus, *ibid.*, 1214. — Silvarum agitatrix, *ibid.*, 1042. — Venatrix, *ibid.*, 1149. — Ejus delubrum, *ibid.*, 1174. — Dianæ tres, *ibid.*, 1031. — Diana Taurica. S. Cyprian., IV, 226. — Dianæ virginitas quam suspecta. Lactant., VI, 209. — Sacrificia humana ipsi oblata apud Tauros, *ibid.*, 230. — Thoanthea cur dicta, *ibid.*, 229. — Erat inter nautarum numina, *ibid.*, VI, 237. — Trivia unde appellata, *ibid.*, VI, 354. — Nemorensis dicta et montivaga, *id.*, VII, 493. — Tauricæ simulacrum Dianæ ab Oreste sublatum ubi jaceret, *ibid.*, 498. — Diana germana Apollinis, et Luna et viarum præses habetur. S. Aug. XLI, 207. Quare virgo dicatur, *ibid.*, 207. — Dianam virtutem interpretantur pagani, *id.*, XXXIV, 1059.

Dice seu justitia, paganorum dea. Lactant. VI, 392. Eadem quæ Astræa, Themis, *ibid.*

Liptinense concilium (ann. 743). — In hoc approbata fuerunt superioris synodi Germanicæ decreta novaque sanciuntur. Celebratum fuit sub Carlomanno majore domus regiæ. Ibi abbates et monachi receperunt Regulam sancti Patris Benedicti ad restaurandam normam regularis vitæ. In hoc quoque statutum est ut sub precario et censu aliqua pars ecclesialis pecuniæ in adjutorium exercitus retineatur, nec non ut adulteria et incesta matrimonia quæ non sunt legitima prohiberentur et amenderentur episcoporum judicio, et ne mancipia Christiana paganis non traderentur, S. Bonifacius arch. Mog. LXXXIX, 809.

Londoniense concilium (ann. 971). — Huic præfuit S, Dunstanus Cantuar. arch. Edgarus Angliæ rex, privilegia quibus ab hoc tempore monasterium Glastoniense fruebatur, confirmavit, sibi et suis successoribus tamen servando jus ponendi in manibus abbatis quem elegissent monachi pedum abbatiate, Joannes XIV papa, *Monument, diplom.*, CXXXVII, 518.

Londoniense concilium (ann. 1075). — Hoc fuit coactum a B. Lanfranco. Cantuar, arch. Adfuit ibi Thomas (d'York) Eboracensis archiepisc. Sederuntque plures abbates. Statutum est ibi de disciplina et fecerunt aliquot constitutiones, B. Lanfrancus, CL, 41.

Londoniense concilium (ann. 1078). — Huic præfuit Lanfrancus, Cantuar. arch. Statutum est aliquot sedes episcopales in vicis sitas transferendas esse in urbibus, B. Lanfrancus, *ibid.*, 42.

Londoniensia concilia (ann. 1085). — Duo hoc anno habita sunt ab archiepiscopo Lanfranco, ad hunc finem ut sedentes Patres reformarent et componerent disciplinam, *ibid.*

Lugdunense concilium (ann. 475). — Iterum proscripta est hæresis Prædestinatorum. Illud nos docet Faustus in Præfatione sui tractatus *De gratia et libero arbitrio*, Jacobus Sirmondus. LIII, 681.

Lugdunense concilium (ann. 490). — In hoc concilio Patres Lucilii presbyteri audiverunt retractationem de suis erroribus quos rejecit quique in concilio Arelatensi denuntiati fuerant. Post hujus retractationis lectionem approbaverunt sedentes, S. Gregorius Turon., LXXI, 311.

Lugdunense concilium (ann. 575). — Interfuerunt huic concilio plures regni magnates, ubi Gregorii Turon. frater ab inimicis suis homicidii insimulatus, causam dixit et juramento crimen diluit *ibid.*

Lugdunense concilium (ann. 581 vel 586). — Hoc quod ordinarie dicitur tertium concilium Lugdunense, habitum fuit 22 anno regnantis Guntramni. Huic præfuit hujus urbis episcopus, cum aliis septem episcopis. Ibi sedentibus et duodecim delegatis aliorum absentium Patres sex canones condiderunt, *ibid.*

Lugdunense concilium (ann. 814.) — In hoc concilio Agobardus Lugdunensis arch. ordinatur in substitutionem Leidradi qui in monasterium apud urbem Suessionem secesserat, S. Agobardus, CIV, 76.

Lugdunense concilium (ann. 829). — Unum est quatuor conciliorum quæ fuerunt habita ex jussu imperatoris Ludovici Debonnarii. Superest tantum epistola synodica Agobardi, arch. Lugdun., Bernardi arch. Vienn. et d'Eaofou Fove episc. Cabilonensis imperatori qui de protectione Judæis concessa et de incommodis Christianis evenientibus quererentur, *ibid.*

Lugdunense concilium (ann. 848). — Hoc concilium convocavit Amolo, de quodam presbytero nomine Godelcarius quem Usuardus abbas et archidiaconus comprehendi jussit, *ibid.*

Lugdunense consilium (ann. 1055). — Hildebrandus S. Sedis legatus et postmodum papa Gregorius VII, tenuit hoc concilium adversus Simoniacos. B. Petrus Damianus S, cardinalem refert episcopum Simoniacum concilio sedentem suum crimen confiteri miraculo impulisse, ei jubendo alta voce dicere *Gloria Patri*. Episcopus hæc verba, *Et Spiritui sancto* emittere nequivit, Guillelmus Tyrens. episc., CCI, 1054; S. Gregorius Turon., LXXI, 311.

Macrianense concilium (ann. 934 vel 935). — Hoc con-

cilium finem habuit ut reprimerentur bonorum Ecclesiæ raptores et locorum sanctorum dilapidatores, Sidonius Apollinaris, LVIII, 328.

Marazanense concilium (ann. 418). — Baluzius hujus concilii tres canones servavit, *ibid.*, 322.

Matisconense concilium (ann. 582). — Rex Guntramnus haberi hoc concilium anno 21 sui regni jussit et quinto anno pontificatus Pelagii. Ibi sederunt unus et viginti episcopi : cur habitum sit non dicitur. Sed episcopos pro necessitatibus pauperum congregatos effecisse ut veteres canones renovarent potius quam novos conderent, narratur, S. Gregorius Turon., LXXI, 455.

Matisconense concilium II (ann. 582). — Ex mandato regis Guntramni habitum fuit hoc concilium, *ibid.*

Matisconense concilium (ann. 585). — Cui præfuit S. Priscus patriarcha Lugdunensis. In hoc juxta concilium regis, causa dicitur episcoporum Gunnedebundi partibus faventium; Faustianus ordinatus episcopus urbis Aquæ Augustæ fuit depositus; Bertramnus Vazalensis (Vazarensis) lege Burdigalensis, Orestes et Palladius Santonensis qui eum ordinaverant ad suppeditandum ei necessaria vitæ damnati sunt sententia. Cæterum Patres viginti canones condiderunt, *ibid.*

Mediolanense concilium (ann, 346-349). — Hoc habitum est contra Photinum, jam damnatum in conc. Mediolan. nec subjiciebatur. In eo Ursacius et Valens veniam rogant, impetrant et dixerunt anathema Ario et ejus sectatoribus, S. Leo, LIV, 945.

Mediolanense concilium (ann, 355). — Jussu Constantii imperatoris habitum, prece audita papæ Liberii. Ibi damnatus est S. Athanasius, et quicunque subscribere damnationis sententiæ denegans in exsilium, jubente Constantio, actus est.

Ibi sederunt plusquam trecenti Occidentales episcopi, sed pauciores Orientis, S. Hilarius Pictav., X, 562.

Mediolanense concilium (ann. 451). — Ea fuit occasio hujus concilii. Postquam Eusebius Mediolan, episcopus a summo pontifice epistolam accepisset, illud convocavit ut, facta hujus lectione, lectionem faceret alius epistolæ Leonis papæ ad Flavianum. Quæ fuerunt approbatæ ab omnibus et inventæ Evangelii et Patrum doctrinæ conformes. S. Leo, LIV, 945.

Meldense concilium (ann. 1082). — In collectionibus vulgaribus conciliorum legitur habitum fuisse concilium ubi Arnoldus ordinatus est episcopus Suessionensis, et aliud ubi Robertus fuit ordinatus episcopus Meldensis. Sed scriptor Mansi probat esse unum et idem. Actis hujus concilii charta addenda est qua comes Guarinus dat ecclesiam Sanctæ Margaritæ abbatiæ Cluniacen., S. Ivo Carnot., CLXII, 101.

Melphitanum concilium (ann. 1059) — Hoc concilium habitum fuit a papa Nicolao qui huic præfuit et pronuntiavit episcopi Tranensis depositionem canonice criminibus convicti. Vere similiter, in hoc concilio papa Northmannis dedit absolutionem omnium censurarum quas incurrerant, ea lege ut restitutionem facerent prædiorum apostolicæ Sedis, quæ usurpaverant, B. Urbanus II, papa, CLI, 56

Melphitanum concilium (ann. 1089). — Urbanus papa celebrari jussit hoc concilium ubi adfuit dux Rogerius cum multis episcopis et comitibus Apuliæ, Calabriæ et omnium aliarum provinciarum, ibi condiderunt sexdecim canones, *ibid.*, 57.

Melphitanum concilium (ann. 1100). — Papa Paschalis II habuit hoc concilium mense Octobri, et ibi excommunicavit urbem Beneventanum quod obedientiæ Sedis apostolicæ sese substraxisset. Idem duas bullas in eodem concilio dedit, *ibid.*

Metense concilium (ann. 550). Ibi sedentes ad successoris electionem S. Galli in sede episcopali Claramontani procedunt S. Gregorius Turon., LXXI, 551.

Metense concilium (ann. 590). — Ibi Gilius Rhemensis arch. depositus est ; in eodem consessu, Chrodieldis et Basina monacha S. Radegundis Pictaviensis, quæ excommunicatæ fuerant anno præcedenti, Ecclesiæ reconciliatæ sunt. Basina in suo monasterio introducta est, Chrodieldis vero ad villam qua eam rex donaverat, se contulit, *ibid.*

Metense concilium (ann. 845). — Rex Carolus haberi jussit hoc concilium in ecclesia Metensi S. Stephani, metropolitani, Venilo Senonensis, Hincmarus Rhemensis, et Rodolphus Bituricensis, ibi cum suis suffragantibus sederunt et octoginta canones condiderunt, Adventius Metens episcop., CXXI, 1149.

Metense concilium (ann. 1204). — Ab abbate Cosemario S. Sedis legato convocatum, ad finem reconciliandi reges Galliæ et Angliæ qui divisi erant ob comitatum Pictaviensem quem rex Angliæ dicebat sibi usurpatum fuisse a Philippo Augusto Galliæ rege, *ibid.*

Milevitanum concilium generale (ann. 492). — Habitum fuit sub quinto consulatu Arcadii et Honorii imperatorum. Cui præfuit Aurelius Carthaginensis. Ibi plures canones Patres condiderunt, S. Leo, LVI, 116.

Milevitanum concilium II (ann. 416). — Convocatum est contra Pelagium. Patres ibi sederunt unus et sexaginta; et epistolam ad papam Innocentium mittunt, ab eo petentes errorum hujus Pelagii condemnationem, S. Optatus, XI, 1302.

Moguntina synodus (ann. 636). — Hujus consessus a rege Dagoberto facti objectum fuit ut donationem urbis et territorii Laudenburgensis basilicæ S. Petri de Worms, faceret, S. Agobardus, CIV, 31.

Moguntinum concilium (ann. 813). — Hoc convocatum in sacrario ecclesiæ S. Albani, martyris. Ibi sederunt triginta episcopi quinque et viginti abbates et plures laici comites et judices. Consessus divisus est in tribus turbis vel ordinibus : 1. ordo episcoporum ; 2. ordo abbatum et monachorum ; 3. comitum et judicum. Qui canones sex et quinquaginta condiderunt, *ibid.*

Montempessulanum concilium (ann. 1195). — Michael S. Sedis legatus huic præfuit; ibi in provincia Narbonensi restituta est pax. Excommunicationis sententia perculsi sunt hæretici et piratæ quicunque auxilium Saracenis suppeditabant. Plura statuta facta sunt, quorum unum in eorum favorem qui in Hispania contra infideles impugnarent. Huic intererant V archiepiscopi et episcopi, Petrus Vallis Cernai mon., CCXIII, 693.

Montilum (apud) concilium (anno incerto). — M. Milo cum collega suo M. Theodosio, ad quoddam castrum quod Montilum nuncupatur, convocavit archiepiscopos et episcopos quam plures, et ibi sistendi coram Milone, comite Tolosano, apud Valentiam dies præfigitur, Petrus Vallis Cernai monachus, CCXIII, 563.

Mosomense concilium (ann. 995). — Huic præfuit legatus domni Joannis papæ, Leo, abbas monasterii Sancti Bonifacii urbis Romæ. Interfuerunt huic concilio abbates et plures laici, atque in eorum conspectu Gerbertus Remorum archiepiscopus pro sua ordinatione rationem reddidit, Sylvester II papa, CXXXIX, 343.

Nannetense concilium (ann. 658), nationale ex jussu papæ Vitaliani congregatum. — Unum actum hujus concilii quod ad suam Rhemensem historiam spectat, refert Flodoardus, id est, sedentes Patres permisisse S. Nivardo Remensi episcopo reædificare monasterium Altavillarense, Flodoard. can. Rhem., CXXXV, 167.

Nannetense concilium (ann. 1227). Hildebertus, Turonensis archiepisc. et metropolitanus in Britannia hoc concilium convocavit. Ibi adfuerunt Conon cum episcopis provinciæ. In hac statutum est de matrimoniis incestuósis Ven. Hildebert. Cenoman, episc., CLXXI, 253.

Narbonense concilium (ann. 237 vel 260). — In quo duo diaconi, episcopi Narbonens. accusatores, crimen suum et innocentiam S. Pauli quem accusaverant, confessi sunt, S. Leo, LVI, 576.

Narbonense concilium (ann. 589). — In hoc congregati sunt Migetius episc. hujus urbis et septem alii episcopi qui quindecim canones condiderunt, *ibid.*

Narbonense concilium (ann. 788). — Ibi sederunt viginti sex episcopi et quidam commissarius regalis, qui de Felicina hæresi in concilio Ratisponensi damnata primo, nempe nominatim et solemniter disputarunt saltem, sed nihil definierunt. Dein altercationibus inter episcopos Narbonensem, Elnensem et Bituriensem pro de limitatione finium trium diœcesum finem imposuerunt, S. Paulinus Aquil., XCIX, 567.

Narbonense concilium (ann. 879). — In finibus provinciarum Arelatensis et Narbonensis obvios sese dederunt invicem duo metropolitani, ut, dissidium inter Walfredum episcop. Natiensem et Rotfredum Avenionens, a priore insimulatum unam ejus diœcesis Ecclesiam usurpavisse judicarent. Quis fuit illius litis exitus, me latet, *ibid.*

Narbonense concilium (ann. 1054). — Guifredus hoc concilium congregavit. Ibi sederunt cum archiepiscopo Narbonensi decem episcopi, et copia abbatum, clericorum et optimatum. Viginti quatuor canones condiderunt, S. Urbanus II papa, CLI, 746.

Neocæsariense concilium (ann. 314-315). — Huic præfuit (ut videtur) Vitalis Antiochiæ. Lapserum causam tractavit. Canones quatuordecim condiderunt episcopi tres et viginti ibi sedentes, S. Leo, LVI, 21.

Neocæsariense concilium (ann. 358), contra Eusthatium, in quo ille episcopus Sebastæ in Armenia fuit depositus, *ibid.*

Nicænum concilium et *I æcumenicum* (ann. 325). — Hoc concilium plures prærogativas Filii Dei definivit et confessus est eum contra Arianos consubstantialem Patri, et usus est verbo Græco ὁμούσιος hoc damnavit

tationem quæ habitu fuerat propria lex Afrorum.
iit et Nicæna synodus, totam illam de baptismo
ersiam dirimere molita, non Symbolo aut confes-
dei, sed canone unico, et hoc uno decreto solos
s Paulianistas esse tingendos. Cujus conci-
mes non complectuntur nisi regulam disciplinæ,
tem definitio fere in antiquis conciliis seorsim
r. Ibi sederunt trecenti et octodecim episcopi,
anus, III, 1236; S. Ambrosius, XVI, 528; S. Pros-
, 570.
num concilium II (ann. 787). — Habitum fuit
itibus Irena et Constantino ejus filio. Huic præ-
riarcha Tarasius. In 7ª sessione decretum est de
imaginibus et acclamatum est anathema concilio
tinopolitano in quo reformatæ fuerant. Huic de-
ibscripserunt quinque et trecenti episcopi seden-
Leo, LV, 967.
nediense concilium seu verius *conciliabulum* (ann.
In quo damnatus est sanctus Eustathius Antio-
ad exsilium. Juxta alios Antiochiæ coactum est,
orus, LXIX, 264.
mense concilium (ann. 814). — Ea fuit hujus
causa : Windelmarus, Noviomensis episcopus
ldus, Suessionensis episcopus, inter se contesta-
de quibusdam parochiis quas quisque suas dicebat.
us Rhemensis archiepiscopus et communis metro-
is, cum vellet controversiam componere, hoc
vit concilium, in quo de iis parochiis statutum
Agobardus, CIV, 311.
miense concilium (ann. 814). — Hoc fuit coactum
c finem ut vias sumerent Patres sedentes et fœde-
n suffragantium Rhemensis arch. formarent, ad-
laicorum invasiones in libertates Ecclesiæ, *ibid.*
mensis synodus (ann. 1233). — Henricus de Braine
Rhemensis hanc congregavit synodum adversus
n invasiones in Ecclesiæ libertates, Flodoardus
Remens., CXXV, 126.
se concilium (ann. 598). — Huesca, olim *Satur-
ea, Ellergetum* est urbs Hispaniæ episcopalis in
ia Tarraconensi sub metropoli Saraguntiæ. Ibi
a est hoc concilium et duo cujus alter de cœlibatu
erorum, diaconorum et subdiaconorum agit, alter
odis quotannis habendis, canones conditi sunt,
rus Hispal., LXXXIV, 982.
nense concilium (ann. 1077). — Huic præfuit le
ugo de Die, et jussu papæ. Manasses Rhemensis,
e et usurpationis accusatus sententia suspensio-
perculsus est. Turonensem, Senonensem, Vezun-
m archiepiscopos, et Carnotensem episcopum,
ic concilio non adfuerint, interdixit legatus. Præ-
utem submissos Gregorius VII, anno sequenti,
t ab interdictione, Ivo Carnot, CLXII, 334.
nense seu *Œduense concilium* (ann. 1094). —
oncilium ab Hugone Lugdunensi archiepiscopo
gregatum cum archiepiscopis et abbatibus diver-
provinciarum. In hoc fuit excommunicatus Phi-
rex. Item damnata sub excommunicatione fuit
ica hæresis et presbyterorum incontinentia, S. Ur-
I, CLI, 133.
stinum concilium (ann. 765). — Hoc concilium
ıvocatum Hierosolymæ, ex voto Joannis, Gotthiæ
i, a suo diacono Longino expresso, ad cum veræ
initionem mittendi, Hincmarus Rhem., CXXV, 204.
nsis conventus (ann. 971). — In eo datum est
Magni, Romanorum imperatoris, capitulum, *Mo-
a diplomatica*, CXXXVIII, 851.
nsis synodus (ann. 977). — Ratherius Veronensis
qui a sua sede expulsus fuerat, et apud urbem
em se contulerat, concilium invocavit ut reinte-
, Ratherius Veron., CLXXXVI, 91.
ense concilium (ann. 362). — S. Hilarius Picta-
cum e Galliis redux esset, haberi varia jussit
ut Nicæna fides firmaretur et Ariminensis per-
mnaretur. Inter hæc concilia de ignatur imprimis
risiense, S. Gregorius Turon., LXXI, 426.
ense concilium (ann. 552). — In hoc depositus est
'arisiens. episcop. Saffaracus, canones Aureliæ,
subscripserat, violasse reus. Alii dicunt eum in-
atiæ reum : alii simoniæ : utut sit, crimen ipse
is est, et in monasterio inclusus est, *ibid.*
ense concilium (ann. 613). — Versus tertium Pe-
ınnum, fuit habitum hoc concilium, anno 46 Chil-
Ibi sederunt quindecim episcopi, qui decem ca-
ondiderunt, *ibid.*
ense concilium (ann. 638). — Huic adfuit rex
rtus ubi sederunt magnates et episcopi. Ecclesiæ
ysii privilegia ibi firmata sunt, Flodoardus can.
CXXXV, 102.

Parisiense concilium (ann. 649). — Cum rex Clotarius II totius imperii finibus potiretur Francorum, in omnibusque ejus partibus administrationem constituere vellet, concilium hoc in urbe Parisiorum convocavit, quod ibi quintum numeratur, et usque ad illam epocham quam maxime numero habitum. Ibi sederunt unus de octoginta episcopi cum pluribus magnatibus et principis vassalibus in ecclesia S. Petri, hodie S. Genovefæ sub episcopo Deusdedit. Qui 15 canones condiderunt, S. Bonifacius IV, LXXX, 449.

Parisiense concilium (ann. 649). — Martinus I, cum statuisset concilium numero magnum convocare, ut solemnius damnaret Monothelismum, ad Clotarium deputavit, ut convocaret doctissimos sui regni prælatos ad hunc consessum. Ibi statutum est duos dignissimos S. Avatensem et S. Eligium legatos adire Romam ut concilio sederent. Flodoardus can. Rhem., CXXXV, 102.

Parisiense concilium (ann. 1072). — Hoc habitum fuit a Geraldo Ostiensi episcopo et apostolicæ Sedis legato, ut judicium formaretur de dissidio inter S. Albini Andegav. monachos et Vindocinenses monachos quoad Ecclesiam N.-D, Cerdonis, S. Urbanus II papa, CLI, 97.

Pictaviense concilium (ann. 590). — Hoc concilium habitum fuit quo tempore Chrodieldis Basinaque S. Crucis abbatiæ Pictav. monachæ, ab abbatissa, nomine Leubnera defecerunt. Quæ ob hanc defectionem, pœna excommunicationis percussæ fuerunt, S. Gregorius Turon., LXXI, 545.

Pictaviense concilium (ann. 937). — Vel verius synodus diœcesana. In hac synodo episcopus Albuinus S. Cypriani monasterio decimarum jus quoddam ei usurpatum restitui jussit, *ibid.*

Pictaviense concilium (ann. 1106). — Hoc concilium habitum fuit coram Boemundo principe Austriæ. Ibi bellum sacrum proclamatum est, et statutum de variis rebus ecclesiasticis, S. Ivo Carnot., CLXII, 113.

Pistensis synodus Caroli II (ann. 862). — In hac synodo rex Carolus plures convocavit episcopos ut cum eis de rebus politicis deliberaret, *Monument. diplom.*, CXXXVIII, 683.

Placentinum concilium (ann. 1091). — Hoc fuit habitum ab Urbano II papa, qui huic præfuit. Tanta fuit assistentium copia, ut habitum fuerit in plano rure. Regina Praxede ibi absolutionem accepit libidinum maritalium ad quas ab imperatore ejus marito coacta est, S. Urbanus II, papa, CLI, 141.

Pontigonensis synodus Caroli II (ann. 876). — Pars actorum ejus superest, scilicet petitio Hincmari archiepiscopi adversus Ludov. regem; confirmatio conventus Tricinensis cum formula sacramenti a proceribus omnibus præstiti, etc., *Monument. diplom.*, CXXXVIII, 767.

Ratisbonense concilium (ann. 792), contra Felicem Urgell. — Alcuinus refert causam, prius in Galliam quam transiisset Felix Urgellens., jam fuisse Ratisbonæ, coram Carolo Magno in concilio agitatam, et hæresim ejus ibi a Patribus congregatis, damnatam esse, Cœlius Sedulius, Prolegom., XIX, 516.

Ravennatense concilium (ann. 874). — Huic concilio præfuit Joannes VIII cum septuaginta episcopis qui sederunt. Dissidio inter Ursum ducem Veneticum et Petrum patriarcham Gradonensem, finem imposuerunt. Auctores anni incert., CXXIX, 1098.

Ravennatense concilium (ann. 874). — Hoc concilium habitum fuit pro Formoso et ejus ordinatione, *ibid.*

Ravennatense concilium (ann. 874). — Hoc a papa Joanne VIII fuit habitum, ad disciplinæ et immunitatum Ecclesiæ reditum. Ad hunc finem novem decem canones conditi sunt, *ibid.*

Ravennatense concilium (ann. 882). — Huic præfuit Joannes VIII; Carolus Crassus ibi adfuit et dedit diploma in gratiam abbatiæ Brumensis; aliud quo sub protectione sua ecclesiam Regiensem cum suis bonis ponere significabat, tertium vero in gratiam immunitatis Ecclesiarum et in particulari Ecclesiæ Arezzo, *ibid.*

Regiense concilium (ann. 477). In hoc habito sub imperatoribus Theodosio Minore et Valentiniano, de remotione ejus quem episcopum duo tantum perperam ordinare præsumpserunt, statutum fuit, et ne absque metropolitano aliquis ordinetur episcopus prohibitum est. Ibi sederunt tredecim Patres, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 219.

Rhemensis synodus (ann. 625). — Hanc Sonnatius Rhemorum episcopus celebravit. Ibi interfuerunt Bertoldus, S, Arnulfus cum multis aliis episcopis. In qua multa lecta sunt utilia constituta et de rebus Ecclesiæ qualiter tractandæ sint, *Gesta pontif. Camerac.*, CXLIX, 34.

Rhemense concilium (ann. 900). — Hoc concilium habitum fuit sexto die mensis Julii. Ibi excommunicati fuerunt archiepiscopi Foulques occisores. Huic præfuit Hervæus, Hervæus Rhem. arch,, CXXXII, 673.

Rhemensis synodus (ann. 991). — Cui præfuit Arnulfus Aurelianensis episcopus. Cum omnes Galliarum episcopi eo convenire non possent, propter quasdam regni necessitudines, ii maxime convenerunt qui comprovinciales erant, Sylvester II papa, CXXXIX, 289.

Rhemense concilium (ann. 993). — Gerbertus Rhemensis archiepiscop. et postmodum papa sub nomine Sylvestri II, præfuit huic suæ provinciæ concilio. Dilapidatores Ecclesiæ Rhemensis et clericorum vexatores ad faciendam pœnitentiam et satisfactionem invitati sunt, Ordericus Vitalis, CLXXXVII, 92.

Rhemense concilium (ann. 1074).— Hoc concilium habitum, fuit a Renaldo de Martigue, archiepiscopo Rhemensi, qui Robertum Frisonem Flandriæ comitem ne postmodum clericorum mortuorum successionem usurparet, impedivit, S. Urbanus II papa, CLI, 97.

Rhemense concilium (ann. 1092). — Presbyteratus Atrebatensis ab archiepiscopo Rhemensi ordinationem Lamberti quem episcopum suæ Ecclesiæ elegerant petierat; sed archiepiscopus presbyteratum Cameracensem obstaculum positurum esse huic consecrationi prævidens, nihil per se facere voluit et eam ob rem habuit concilium hic memoratum et ad quod presbyteratum Atrebatensem convocavit, *ibid.*, 110.

Rhemense concilium (ann. 1119). — Hoc habitum fuit concilium a papa Callisto II. Ibi sederunt 427 tum episcopi tum abbates et magnates laici. Sedentes quinque canones condiderunt in hoc concilio, Guibertus, *De vita sua*, CLVI, 990.

Rhemense concilium (ann. 1141). — Ibi Samson Deprets privilegia et canonicorum possessiones S. Petri de Castet (ou Cassel), in diœcesi Tervinnensi confirmavit, S. Ivo Carnot., CLXII, 394.

Rhemense concilium (ann. 1148), sub præsidente Eugenio III. — Ibi sederunt copia episcoporum et abbatum Galliæ et multitudo exterorum. Quatuor Anglici tantum. Patres condiderunt octo et decem canones, S. Bernardus abb. Claræval., CLXXXII. 1169.

Romanum concilium (ann. 251). — Hoc concilium decrevit alienationem ab Ecclesia Novati et ejus partibus faventium. Huic sederunt circa sexdecim episcopi, S. Cyprianus, IV, 135.

Romanum concilium (ann. 220, 300), a Leone congregatum ut Patres sedentes Manichæorum doctrinam examinarent et damnarent, tum Manichæos tum plurimos impietatis Manichææ sequaces et doctores, S. Leo, LIV, 620.

Romanum concilium (ann. 313). — In hoc Cœcilianus episc. Carh. accusatus a Donatistis, absolvitur. Ibi sederunt novem et decem episcopi, S. Optatus, XI, 932.

Romanum concilium (ann. 325). — Hoc concilium fuit a S. papa Sylvestro convocatum, præsente Constantino Augusto. In hoc 1° confirmatur quidquid actum est Nicææ; 2° præceptum est de solemnitate Paschæ; 3° de conciliis ter in anno celebrandis, etc.; 4° nulli clerico licere causam in publico examinare, 5° de præficiendis in ordinibus et proficiendis; 6° de ordinationibus et neophytis non ordinandis. Hæc synodus habita fuit in urbe Roma intra Thermas Domitianas; et ibi 275 episcopi sederunt, S. Sylvester papa, VIII, 825.

Romanum concilium (ann. 325). — Eodem tempore Romæ habitum est præsente Constantino; et damnavit iterum tam Callistum quam Arium et Photinum atque Sabellium. Ibi sederunt episcopi 267, *ibid.* 827.

Romanum concilium (ann. 337). — Convocatum est in fidei Nicænæ et sancti Athanasii gratiam, a Julio Papa, Ibi sederunt sexdecim et centum catholici episcopi, S. Julius papa, VIII, 857.

Romanum concilium (ann. 367), — Ea fuit hujus concilii causa quod a schismaticis crimine falso adulterii papa S. Damasus fuerit insimulatus. Episcopi, qui ad numerum quatuor et quadraginta ibi congregati sunt, mox calumnia detecta innocentiam pontificis testati sunt. Iidem Patres, ut opinantur, in hoc concilio Paternianos seu Venustianos qui matrimonium rejiciebant, damnaverunt, S. Damasus papa, XIII, 129.

Romanum concilium (ann. 369). — Urbs Mediolanum episcopum Arianum habebat, cui nomen Auxentius. Causa hujus concilii ea fuit quod S. Athanasius et Ægypti episcopi S. Damasum papam rogaverant depositionem Auxentii. Enimvero ibi a Patribus, numero nonaginta, depositus fuit, et iidem ad Illyrici episcopos quos plerosque seduxerat, de depositione Auxentii epistolam synodalem miserunt. In eodem etiam schismaticus Ursinus depositus fuit, S. Damasus papa, XIII, 129.

Romanum concilium (ann. 374). — In eo Lucius Arianus qui sedem episcopalem Alexandriæ usurpaverat; damnatus fuit, et Florens episcopus antipapæ Ursino favens, ibi quoque depositus, S. Damasus papa, XIII, 129.

Romanum concilium (ann. 377. — Hoc concilium fuit congregatum contra Eustathium Sebast., quia ad hæresim Macedonianorum redierat; et contra Apollinarium qui novam cœperat generare sectam. Hic et in doctrina et in persona perculsus est, Patresque eum cum Timotheo ejus discipulo qui se episcopum Alexandriæ vocari jubebat, deposuerunt. Quæ sententia fuit in concilio Antiocheno posterius confirmata, *ibid.*

Romanum concilium (ann. 378). — Hoc posterius concilium versus finem anni 378 fuit habitum. Illius causæ, fuerunt calumnia cujus insimulabatur papa Damasus a Judæo, nomine Isaac, qui partibus antipapæ Urcini favebat, et audacia aliquot episcoporum qui, etsi fuerint depositi in conciliis, tamen vi episcopalem dignitatem retinebant. De his malis exstat epistola Patrum ad Gratianum et Valentinianum quos ad remedium invitant procurandum, *ibid.*

Romanum concilium (ann. 379). — Hujus concilii exstat Symbolum fidei, et anathematismi adversus Macedonianos, Eunomicanos et Apollinaristarum errores. Hæc confessio fidei in epistola quam scripsit anno 379, papa Damasus ad Paulinum Anthiochen. episc. continetur. S. Damasus papa, XIII, 164; Cœlius Sedulius, *appendix*, XIX, 787.

Romanum concilium (ann. 382). — Multum favit convocationi hujus concilii imperator Gratianus. Quod fuit numerosum, quia præter Damasum summum pontificem, et quinque Occidentales metropolitanos, sederunt et duo Orientales, scilicet S. Epiphanius episc. Salamien. in Oriente, et Paulinus Antiochen., cum S. Hieronymo. Putant eum in eo Paulino confirmatam fuisse communionem, nec amplius cum Flaviano communicare statutum. Ibi quoque cum Apollinaristis disputatum est, et de modo eos in Ecclesia recipiendi, quando ad eam redierint, tractatum, S. Damasus papa, XIII, 177.

Romanum concilium (ann. 386). — Hoc sub S. Siricio papa habitum est, et fuit magnus numero episcoporum qui ibi congregati sunt. Ea fuit concilium illud convocandi ratio, id est, aliquot vetera quæ in desuetudinem venerant statuta, renovare, *ibid.*

Romanum concilium (ann. 390). — Convocatum fuit sub papa Siricio contra Jovinianum, qui denuntiatus a memorabili Pammaco, ibi a Patribus fuit damnatus et excommunicatus cum fautoribus suis, *ibid.*, 231.

Romanum concilium (ann. 445). — Hoc concilium congregatum est a S. Leone ea mente ut quæstio inter Quæstidonium et Hilarium Arelatensem qui hunc deposuerat, solveretur. Ambo auditi sunt. Nimium superbiæ vel saltem elationis fuit inventum in responso S. Hilarii qui postea ab aliis accusatus sibi soli arrogare auctoritatem omnes Galliæ Ecclesias regendi, in summi pontificis displicentiam incidit. Papa Leo eum declaravit separatum a communione sanctæ Sedis. Qui tamen ei gratiam facere contendit, suam Ecclesiam concedendo nec deponendo, S. Leo, LIV, 630.

Romanum concilium (ann. 447). — In hoc concilio, S. Leo remedium attulit spoliationi bonorum Ecclesiarum in Sicilia, quam committebant aliquot episcopi, alienationibus vel donationibus quæ fiebant sine consensu totius cleri et sine commodo, *ibid.* 703.

Romanum concilium (ann. 449), habitum a S. Leone contra latrocinium Ephesinum quod Flavianum damnavit, *ibid.*, 826.

Romanum concilium (ann. 454), habitum sub S. Leone papa in Manichæorum causa, id., LV, 947.

Romanum concilium (ann. 487). — Habitum fuit hoc concilium sub Felice II, et tractat de lapsis recipiendis, id., LVIII, 487.

Romanum concilium (ann. 494). — Celebratum est sub papa Gelasio. In hoc concilio condidit Catalogum Veteris ac Novi Testamenti librorum quem habet in veneratione sancta Romana Ecclesia. Ibi sederunt 70 episcopi, Cœlius Sedulius, XIX, 329.

Romanum concilium (ann. 493). — Habitum est sub papa Gelasio. Misenii supplicatio in hoc lecta est, et Patres veniam in ejus gratiam acclamaverunt. Is Misenius erat unus ex episcopis legatis qui anno 483, ab Ecclesia defecerant Constantinopoli, ut se partibus Eutychetis Dioscori et suorum sectatorum adjungerent. Quam ob causam et spe veniæ obtinendæ, eorum hæreticorum dogma rejecit, damnavit et anathamatizavit in hoc concilio, *ibid.*

Romanum concilium (ann. 499). — Sub papa Symmacho, in Basilica Sancti Petri habitum est occasione tumultuum in plebe excitatorum in electione summi pontificis. Itaque ea de re tres canones conditi sunt cum commination depositionis et excommunicationis cujuscumque presbyter

diaconi vel clerici cui, vivente papa, suffragium dedisse vel promisisse pro tali eligendo in cathedra S. Petri, convictus esset. Ibi sederunt duo et sexaginta episcopi septem et sexaginta presbyteri et amplius quinque diaconi, S. Leo, LVI, 124.

Romanum concilium (ann. 500). — Istud dicitur et synodus Palmaris, siquidem distingui debent sessiones variæ ejusdem concilii ; in eo enim tantum est differentia. Ibi tractatum una de re et eadem, scilicet de justificatione Symmachi papæ, *ibid.*

Romanum concilium (ann. 504). — In hoc decreverunt papæ Symmachi absolutionem et restitutionem omnium temporalium quæ schismatici usurpaverant, ad Romanam Ecclesiam pertinentium, necnon Laurenti competitoris Sedis apostolicæ et Petri de Altino condemnationem. Ibi sederunt et subscripserunt sexdecim et centum episcopi, *ibid.*

Romanum concilium (ann. 610). — Beda hoc concilium Bonifacium IV convocavisse refert, ut statutum de vita et tranquillitate monachorum faceret, Hæc omne dubium de hoc habito concilio tollit attestatio, S. Bonifacius IV, LXXX, 103.

Romanum concilium (ann. 680). — Ab Agathone congregatum est, ut Patres aliquot versus sacræ Scripturæ explanarent. Unde fides Ecclesiæ catholicæ de mysteriis Trinitatis et Incarnationis contra doctrinam Monothelitarum. Ibi sederunt viginti et centum episcopi, S. Leo, LV, 1089,

Romanum concilium (ann. 792). — Cum adductus fuisset Romam Felix episc. Urgell. ab Angilberto, ibi suum errorem confessus est coram Patribus concilii cujus fuit causa, et episcopatum coram summo Pontifice abdicavit. Cœlius Sedulius, XIX, 518.

Romanum concilium (ann. 794). — Hoc paulo post concilium Francofordiense habitum fuit. Cum Felix Urgell, in errorem recidisset, denuo ibi a papa Adriano qui huic præerat damnatus est, *ibid.*

Romanum concilium (ann. 799). — Felix Urgell, suam abjuraverat hæresim, sed tantum ore, sive Romæ coram papa Adriano, sive Ratisbonæ coram Carolo Magno et Patribus ibi sedentibus, aliud corde retinens. Ea fuit causa hujus concilii ubi a papa Leone III qui huic præerat, damnatus est, *ibid.*

Romanum concilium (ann. 836). Huic præfuit Eugenius II et cum illo adfuerunt septuaginta duo Italiæ episcopi, duodeviginti sacerdotes, sex diaconi et plures alii clerici. Octo et triginta ibi canones promulgati sunt fere cuncti pro reformatione disciplinæ ecclesiasticæ, Carolus, XCVII, 685.

Romanum concilium (ann. 868). — Ab Adriano II habitum est. In hoc papa anathematis sententia ter perculit Photium qui Nicolaum I deponere de conciliabulo Constantinopolitano ausus fuerat, Anastasius Bibliothec., CXXVIII, 1387.

Romanum concilium I (ann. 1074). — Contra clericos Simoniacos et incontinentes, a Gregorio VII celebratum est, S. Gregorius, CXLVIII, 785.

Romanum concilium II (ann. 1075). — Ibi interfuit archiepiscoporum, episcoporum et abbatum multitudo, atque diversi ordinis clericorum copia, pro reformanda ecclesiæ disciplina, *ibid.* 788.

Romanum concilium III (ann. 1077). — In hoc concilio Henricus rex Germaniæ, Sigefridus Moguntinus, Wilielmus Trajectensis et Robertus Bambergensis, episcopi, excommunicantur. *Ibid.*, 790.

Romanum concilium IV (ann. 1078). — Ibi Gilbertus Ravennas, Thebaldus Mediolan. et plures episcopi excommunicantur, *ibid.*, 795.

Romanum concilium V (ann. 1078). — Hoc celebratum est concilium in ecclesia Sancti Salvatoris pro restauratione sanctæ Ecclesiæ, *ibid.*, 800.

Romanum concilium VI (ann. 1079). — In hoc Berengarius sæpe ad pœnitentiam vocatus, sæpiusque relapsus. hæresim suam iterum adjuravit, fidemque catholicam professus fuit, *ibid.*, 810.

Romana synodus (ann. 1079). — Habita est a S. Gregorio papa. Ibi interfuerunt centum et quinquaginta episcopi. In hac synodo Berengarius veram fidem de Eucharistia professus est, et redux in Galliam adversus hoc dogma scripsit, *ibid.*, 733.

Romana synodus (ann. 1079). — Ab eodem pontifice celebrata est In qua inter cætera excommunicatus est, Constantinopolitanus imperator. Juraverunt quoque in eadem legati Henrici et Rodulphi, quisque pro domino suo, quod nullis dolis colloquium legatorum Sedis apostolicæ in Teutonico regno habendum impedient. Multa etiam sicut ibi constituta, *ibid.*, 133.

Romana synodus (ann. 1080). — Ab eodem Gregorio papa habita est, post pugnam a Rodulfo partam in Henricum qui depositus est. Ibi Rodulfus legitimus rex proclamatus est. Renovata est investituras recipiendi vel conferendi prohibitio; et rursus promulgatæ sunt contra Theobaldum Mediol., Guibertum Ravennat., et aliquot alios episcopos, et adversus Normannos qui dominia Ecclesiæ dilapidabant in Italia, excommunicationes, *ibid.*, 136.

Romanum concilium VII (ann. 1080). — In hoc concilio regnum Germaniæ abrogatum collatum fuit Rodulpho, ea constitutione addita, ne deinceps investituræ beneficiorum a laicis conferantur vel accipiantur, *ibid.*, 874.

Romana synodus (ann. 1081). — Ab eodem celebrata est, et ibi rursus pronuntiavit adversus Henricum excommunicationis sententiam et adversus ejus fautores, depositionemque a suis legatis latam contra Narbon. et Arelat. archiepiscopos confirmavit, *ibid.*, 136.

Romana synodus (ann. 1083). — Hanc habuit S. Gregorius papa contra quoscunque Henricum regem prohibentes ne Romam se conferret, *ibid.*

Romanum concilium IX (ann. 1083). — Celebratum fuit in basilica Lateranensi, et in eo dominus apostolicos de fidei forma disseruit, *ibid.*, 822.

Romanum concilium X (ann. 1084). — In hoc concilio Guibertus antipapa et hæresiarcha atque Henricus pseudo-imperator cum omnibus suis lautoribus, excommunicatur, *ibid.*

Romanum concilium (ann. 1104). — Hoc habitum fuit a Paschali II papa. Objurgavit severe Brunonem Trevirensem archiepiscopum quod investituram sumpserat ab imperatore Henrico, Goffridus abb., CLVII, 69.

Romanum concilium (ann. 1121). — Hoc habitum fuit concilium ut statueret de ordine quem tenere debebant in conciliis archiepiscopi Ravennatis et Mediolani. Exercere jura metropolitani super episcopos cujusdam insulæ prætendebat etiam Pisæ archiepiscopus. Concilium jus rejecit, *ibid.*

Rothomagense concilium (ann. 1072). — Hoc habitum fuit a Joanne archiepiscopo Rothomagi qui ei præfuit. Adfuerunt sui suffraganei, cum Willelmo Anglorum rege Normanniam gubernante, anno XI Alexandri II papæ, et XIII Philippi I, regis Francorum. Ibi Patres sedentes plures condiderunt canones, Joannes arch. Rothom., CXLVII, 267.

Rothomagense concilium (ann. 1096). — Hoc habitum fuit a Guillelmo Rothomagensi archiepiscopo, cum suis suffragantibus in sua metropoli ecclesia. Ibi capitula synodi quæ apud Clarummontem facta est, unanimiter confirmaverunt; addiderunt octo canones, S. Urbanus II papa, CLI, 197.

Rothomagense concilium (ann. 1118). — Henricus Angliæ rex ibi conciliavit pacem regni cum dominis et Raboldo Cantuariensi, dum Goffridus Rothomag. res ecclesiasticas conciliabat cum quatuor suffragantibus et pluribus abbatibus. Conradus, papæ legatus in hoc questus est de imperatore et antipapa Bourdino, ab episcopis Normanniæ petens, ut precibus et nummis adjuvarent, Ordericus Vitalis, CLXXXVIII, 855.

Rothomagensis synodus. (ann. 1119). — Goffridus Rothomag. arch. tenuit hanc, ut presbyteris suæ diœcesis notos faceret canones, et specialiter canonem qui mulieres sive concubinas prohibebat, Ordericus Vitalis, CLXXXVIII, 889.

Rothomagense concilium (ann. 1189). — Hoc habitum est a Waltero archiepiscopo, præsentibus omnibus suffraganeis, abbatibus quoque quamplurimis, multis etiam viris discretis et prudentibus. In quo statuta sunt capitula subscripta, Petrus Blesensis, CCVII; 1180,

Salegunstat (in) *concilium* (ann. 1023). — Cui præfuit Aribo Mogunt, archiepiscopus. Hoc habitum est quatenus multimoda divinorum officiorum atque synodalium legum componeretur dissentio, et disparitas singularium consuetudinum redigeretur in unum, Burchardus Worm., episc., CXL, 1058.

Salzburgiense concilium (ann. 741). — Hoc concilium vel verius hanc synodum secundam Salzburgi ad Salam Franconicam convocatum fuit. Adfuerunt ibi plures episcopi inter quos Edda sive Etto, Argentoratensis, et Reginfridus Coloniensis.

Salzburgiense concilium (ann. 807), — Huic præfuit Arnon primus Salzburgiensis archiepiscopus. Decimas sese in quatuor partes dividendas ibi statutum est, scilicet : primam ad episcopum, secundam ad clericos,

tertiam ad pauperes et quartam partem ad fabricam ecclesiæ pertinere, S. Bonifacius arch. Mog., LXXXIX, 805.

Episcopatus vero in Nova Francia, seu Franconia, et in Hassia nunc fundandi erant. Omnem igitur provinciam in tres discrevit parochias, et Wirceburgum Sancti Ziliani martyrio celebre, Buriburgum in Hassia, et Eichstadium in finibus Bajoariorum, sedes episcopales esse constituit Bonifacius, S. Bonifacius arch. Mog., LXXXIX, 805.

Santonense concilium (ann. 579). — Hoc concilium comitem Nantinum, episcopi Heraclii qui eum excommunicationis pœna perculerat, misericordiæ commendavit. Hic comes absolutionem efflagitabat quam ei concessit episcopus, S. Gregorius Turon., LXXI, 352.

Santonense concilium (ann. 1089). — Ammatus Oleronensis episcopus ibi nominatus est Burdigalensis archiepiscopus, S. Urbanus papa, CLI, 63.

Santonense concilium (ann. 1097). — Urbanus II papa hoc indixit concilium, in quo statutum est de jejuniis in festorum Vigiliis apostolorum, S. Urbanus II, *ibid.* 224.

Santonense concilium (ann. 663), — Hoc convocavit archiepisc. Burdigalensis Leontius et ibi episcopum Santonensem deposuit. Æque fieri videtur depositio; hic enim episcopus sine suffragiis cleri et populi ordinatus erat, et edictum a rege Clotario ut ordinaretur absque metropolitani, qui aberat, consensu, impetraverat. Hæc duo disciplinæ ecclesiasticæ in postremo Parisiensi concilio statutæ adversabantur, S. Gregorius Turon., LXXI, 352.

Sardicence concilium (ann. 347). — Ibi præfuerunt legati Julii; inter Occidentales primas tenebant sedes Protogenius episc. Sardic. et illustris Osius. Habitum fuit ad confirmandam fidem et doctrinam sanam, inter Catholicos et Eusebianos ad controversias dirimendas S. Hilarius Pictav., X, 575.

Sardicence conciliabulum (ann. 347). — Apud Philipopolim congregatum fuit. Cui adfuerunt Eusebiani fugientes Sardicum ubi Catholici indixerant concilium supra memoratum. Ibi Eusebiani statuerunt Symbolum fidei suspectum et in quo detrahunt verbum *Consubstantialis*, S. Hilarius Pictav., id., 507.

Sauriciacum concilium (ann. 590). — In hoc, Droctegisilo Suessionens. episcopo reintegrari in sua urbe episcopali, unde exsulari quatuor abhinc annis coactus erat jussu suæ provinciæ episcoporum propter intemperantiæ habitus, licitum fuit, S. Gregorius Turon., LXXI, 514.

Seleucenum concilium (ann. 399). — In quo Cajumas episcopus hujus sedis, ante convocatos episcopos, suæ sedi episcopali renuntiavit sponte et cum tanta humilitate ut ad lacrymas Patres sedentes excitaverit, Cassiodorus, LIX, 474.

Seleucenum concilium (ann. 410). — Hoc fuit habitum regnante Theodosio Juniore imperatoris Arcadi filio. Ibi septem et viginti canones Patres sedentes ad numerum quadraginta condiderunt, *ibid.*

Seleucenum concilium (ann. 485). — Hoc habitum fuit a Babucii Seleusensi episcopo. Barsumæ et ejus falsi concilii ibi damnata est decisio, Sidonius Apol., LVIII, 34 gr.-82 gr.

Seleucenum conciliabulum (ann. 495). — In hoc, Barsumas, dogmatis Nestoriani amator episcopus, quæ antea de presbyterorum atque monachorum matrimoniis decreta fuerant, confirmavit, *ibid.*

Septimuniciense concilium (ann. 418). — In hoc qui sederunt episcopi sex canones condiderunt; quos refert Baluziuo in diaconi Ferrandi collectione, Sidonius Apollin., LVIII, 315.

Sirmiensia concilia contra Photinum (an. 351). — Primo sedentes Patres eum ibi deposuerunt. Deinde quod formularium fidei condiderant, Photino etsi deposito, subscribere proposuerunt, cum promissis in suo episcopatu eum reintegrandi. Sed hic nedum innuat, Patres ad contestationem provocavit litigiosam, S. Damasus papa, Prolegom., XIII, 288.

Sirmiense conciliabulum (ann. 357). — Ab Arianis convocatum est eo tempore quo imperator Constantius per hiemem Sirmii commorabatur. Ibi Patres ibi sedentes et omnes Occidentales condiderunt formulam fidei cui Osius ipse subscribere coactus est. Hæc formula non orthodoxa, *ibid.*

Sirmiense conciliabulum (ann. 359). — In hoc concilio Valens et Anomæi qui ejus partibus favebant, tertiam expositionem fidei confecerunt cui subscribere Basilium Ancyranum et plures alios episcopos qui huic aderant, coegerunt, *ibid.*

Stampense concilium (ann. 1072). — Ibi actum est in causa Ivonis Carnot., quem Richerius Senon. arch. deponere volebat ut restitueret Godefredum in hac sede, sed infructuose egit, quia legitimus episcopus Carnot, appellationem ad summum pontificem direxit, S. Urbanus II papa, CLI, 97.

Stampense concilium (1130). — Rex Ludovicus Crassus hoc concilium convocavit ut partem sumerent Innocentius inter et Anacletum papas electos. Huic fuit invitatus S. Bernardus, et jejunio precibusque observatis illi rem referre conventum fuit, S. Urbanus II papa, CLVI, 403.

Suessionense concilium (ann. 745). — Pipinus princeps et dux Francorum hoc concilium convocavit pro parte Franciæ ei subjectæ. Ibi sederunt tres et viginti episcopi cum sacerdotibus et clericis; ibidem cum aliis optimatibus adfuit ipse Pipinus. Fertur huic præfuisse Bonifacium Moguntinum. Decem statuta ferme eadem ac Germanica et Septinense ibi facta sunt, S. Bonifacius, LXXXII, 824.

Suessionense concilium, loco incerto (circa 845). — In hoc capitulare incerti anni datum est in synodo cui interfuit Bonifacius apostolicæ Sedis legatus, S. Bonifacius arch. Mog., LXXXIX, 826.

Suessionense concilium loco incerto (circa 745). — In provincia Francorum habitum, vel melius synodus sexta quæ a S. Bonifacio celebrata est. Ibi octo episcopi, omnes Angli adfuernut. In hac synodo condemnati sunt Aldebertus et Clemens, ut ex Actis concilii Romani patet. Jam etiam episcopali gradu dejectus Gewibibus episcop. Moguntinus, *ibid.*

Suessionensis synodus (ann. 1078). — In hac synodo. Ratboldus, Noviomensis episcopus altare cessit d'Emmes abbatiæ S. Theodorici, Hincmarus Rhemens., CXXV, 388.

Suessionnense concilium (ann. 1092). — Huic præfuit Renaldus Rhemensis archiepisc. adversus Rosalini errores coacto, qui fuit Compediensis clericus, ipse eos coram episcopis abjuravit sed metu, cum postea eosdem docuit. S. Urbanus II papa, CLI, 97.

Suessionense concilium (ann. 1122). — In hoc concilio, legatus Cono, episcopus Prænesti, Abælardum propria manu ad comburendum suum librum *De Trinitate* et novam ad faciendam fidei professionem coegit. Symbolum S. Athanasii legere jussus est: legit, ægre vero et cum multis suspiriis. Dein ad monasterium S. Medardi, unde paulo post ad S. Dionysii monasterium remissus est. S. Bernardus, CLXXXII, 1049.

Suffletulense concilium (ann. 418). — In hoc concilio ne laicus ad episcopatum proveheretur nisi per omnes gradus ministerii clericalis transierit, prohibitum est, Sidonius Apollinaris, LVIII, 144.

Suffetulense concilium (ann. 524). — Huic concilio adfuit S. Fulgentius qui de aliorum episcoporum coactorum consensu, præsidentiæ honorem episcopo Quodvult Deus cessit, in concilio Juncensi præcedenti ipsi concessum, adeo erat magna humilitate cum ardenti pacem servandi desiderio, S. Leo, LVIII, 278.

Synadense concilium (ann. 256-258). — Contra Montanistas fuit habitum. In hoc baptisma ab hæreticis collatum esse reiterandum statutum est. Id testatur S. Dionysius Alexandriæ qui addit illud concilium congregatum fuisse longe ante Africana concilia de eadem rebaptizatione. Ibi sederunt Phrygiæ, Galatiæ et Ciciliæ episcopi, S. Augustinus, XL, 495.

Tarraconense concilium (ann. 516). — Huic præfuit Joannes Tarraconensis ante decem episcopos ibi sedentes, qui tredecim canones ad veterem confirmandam disciplinam condiderunt, S. Leo, LVI, 268.

Taurinense concilium (ann. 401). — Quod habitum fuit in ecclesia Taurinensi eo fine ut Patres varias quibus in Galliis pax turbatur, difficultates solverent. Videsis ibi quid pro primatu contulerit Areletensi episcopo illud concilium, *ibid.*

Tauritanum concilium (ann. 1089). — Hoc habitum fuit ab archiepiscopo Pisiacensi S. Sedis legato Ibi, qui adversus papam sese rebellaverat Torquitor, Sardiniæ dominus, excommunicatus est. Juxta (Mansi) hic dominus ex usu regionis qualitate judex, fortasse fautor erat regis Henrici et Guiberti antipapæ, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 247.

Tauritanum concilium (ann. 1156). — Fuit hoc habitum ab Athone qui hujus urbis erat archiepiscopus, *ibid.*

Tauritanum concilium (ann. 1625). — Dicitur etiam et verius quidem *synodus Turritana*; a Jacob Passamaro hujus urbis archiepiscopo habita fuit. Hic ibi promulgavit statuta de administratione sacramentorum, de confraternitatibus, etc., etc., *ibid.*

Techernetcense, Tegernscence, vel *Zerense concilium* (ann. 804).— Hoc concilium in monasterio hujus nominis habitum fuit, in diœcesi Frisingensi sito. Causa ejus

fuit ea : Atto episcopus urbis,quod religiosi sibi vindicarent parochiales ecclesias ad se pertinentes, querebatur : cum in hoc concilio monachi nullum in probationem pertinentiæ producebant instrumentum, Attoni eas reddere coacti sunt, Sidonius Apolinaris, LVIII, 178.

Telense vel *Teleptense concilium* (ann. 418). — Hoc in ecclesia apostolorum habitum fuit. Huic præfuit Donatianus qui in actis vocatur primæ sedis episcopus et urbis Teleptensis. Ibi lectæ papæ Siricii duæ epistolæ et aliquot statuta fuerunt. *ibid.*, 724.

Thebestinum concilium (362). — In Numidia habitum est, eam ob causam quod Donatistæ adversus Catholicos vim exercuerint. Ii enim schismatici ab exsilio revocari optantes, supplicem epistolam ad Julianum Apostatam direxerunt, petentes se in suis Ecclesiis quas ab eis Constantinus imperator abstulerat, denuo reintegrari. Huic petitioni innuit Julianus. Illud vero fuit contumeliæ Donatistis quod inter imperatores, ille solus qui unitati paci et fidei Ecclesiæ erat visibiliter infensus, illis innuit *ibid.*, 307.

Thenitanum concilium (ann. 362), in Byzacena. — Baluzius tres canones conditos in hoc concilio citat, *ibid.*, 319.

Theodonis apud villam (*Thionville*) *concilium* (ann. 835). — Hoc fuit convocatum ab imperatore Ludovico Debonnario; ad rehabilitationem suam, quia machinationibus sui filii Lotharii depositus fuerat in conciliabulo Compendiensi. Ebbo, archiepiscopus Rhemensis, primus machinator, ibi seipsum deposuit, hoc modo : Acta est hæc Ebonis professio ejusque propriæ manus subscriptione roborata, coram omnibus ad ministerium episcopale indignum se confessus est, et ab eo recedere debere, et sub pœnitentiæ modo Dominum sibi propitium facere velle, Hincmarus Rhemens., CXXV, 325.

Theodonis apud villam synodus (ann. 844). — Habita fuit hæc in loco Latine Judicium, et vulgo *Sulz*. Imperator Lotharius et duo reges sui fratres, Ludovicus et Carolus, ibi adfuerunt. Drogo, episcopus Metensis, huic præfuit, et sedentes canones sex condiderunt, Flodoardus can. Rhemens., CXXXV, 151.

Thesalonicense concilium (ann. 390). — Ibi episcopi Bonosii hæresis damnata est qua Deiparam a partu esse Virginem desiisse contendebat, S. Leo, LVI, 190.

Thessalonicense concilium (ann. 455). — In hoc concilio anathematizati sunt Eutyches, Dioscorus et Timotheus, Patres ibi sedentes decreta concilii Chaldonensis confirmaverunt. Leo imperator hoc concilium convocaverat, *ibid.*

Thessalonciense concilium (ann. 518). — Congregatum est voluntate Hormisdæ sum. pontificis, ut confirmarentur decreta in Chalcedonensi statuta. Noctu schismatici incenderunt locum concilii, *ibid.*

Thessalonicense concilium (ann. 650). — Huic præfuit Paulus episc. hujus urbis. Duo concilia in gratiam hæresis Monothelitarum qua infestatus erat, habuit in primo suæ doctrinæ expositionem erexit quam ad S. Martinum in cathedra Petri sedentem misit cum epistola synodica in hujus defensionem. Ad eum vero rescribit papa et misit duos legatos per quos perfessionem fidei catholicæ subscribere eum jussit, *ibid.*

Ticinensis II conventus Ludovici II imperatoris (ann. 855) — Capitula quæ gloriosus imperator Ludovicus suis episcopis de statu sui regni considerare præcepit, *Monument.Diplom.*,CXXXVIII, 609.

Ticinensis III conventus Ludovici II imperatoris (ann. 855). — Capitula, ad petitionem populi ab imperatore promulgata, *ibid.*, 617.

Ad Amalfitanos, significat se eos excommunicasse, donec se a paganis separent; minatur alis illias pœnas, nisi quamprimum pareant, CXXVI, 889.

Ad Helmoinum episcop. Pennensem; arguit quod ad synodum non accesserit; jubet statuta die ad se venire, et interim quemdam absolvere, quem injuste excommunicaverat, CXXVI, 890.

Ad Paulum episcop., jubet Ecclesiam in villa Carpana sitam restitui, ibique sacerdotem constitui, et sacrum chrisma annuatim in eamdem mitti, CXXVI, 890.

Ostendit mulierem, quæ vi minisque coacta religiosum habitum susceperat, ad vota servanda non teneri, hujus tamen causam illis definiendam committit, CXXVI, 891.

Ad quosdam episcopos, præcipit ut fœdus cum Saracenis ictum rumpant, quod nisi mox fecerint, eis excommunicationem minatur, CXXVI, 892.

Ad Arpaldum Asculanum episcop., arguit quod ad synodum non venerit, etc., CXXVI, 893.

Ad Egilbertum episcop., arguit eum quod cum excommunicatis a sede apostolica communicarit; jubet ne cum excommunicatis communicet, CXXVI, 897.

Ad Eunibertum comitem; minatur illi excommunicationem, nisi res S. Petri et Angelbergæ imperatricis restituat, CXXVI, 898.

Ad Amalfitanos, monet ut rupto cum Saracenis fœdere ad Ecclesiæ gremium revertantur, etc., CXXVI, 901.

Ad Carolum Crassum regem Italiæ, eum rogat ut Hieronymum episcopatum Lausannensem pacifice retinere permittat, et Hubonem res Ecclesiæ Bisuntinæ ablatas reddere jubeat, CXXVI, 901.

Epistolæ laudum Carolo regi, CXXVI, 903, 907, 909, 911, 914.

Ad omnes episcopos, ut Romam ad synodum veniant, CXXVI, 913.

Ad Adalbertum marchionem, ab excommunicatione eum absolvit, CXXVI, 917.

Ad Attonium; excommunicat eum, nisi Ecclesiæ Mediolanensi bona quæ abstulerat restituat, et ad obedientiam sui episcopi redeat cum sociis, CXXVI, 921.

Ad Carolum imperatorem; nuntiat imperatori se iis malis a Saracenis affici, ut amplius sustinere non possit, etc., CXXVI, 929.

Ad Constantinum sacerdotem; excommunicat eum quod absque sua licentia ab archiepiscopo Ravennate ad Faventinæ Ecclesiæ episcopatum promotus fuerit; prohibetque illum hujus Ecclesiæ administrationem attingere, donec ad synodum Romanam veniat, CXXVI, 933.

Epist. ad episcop. Ficoclensem, visitationem Faventinæ Ecclesiæ, pastore destitutæ, ejusque curam ei committit, donec novus pastor ei præficiatur, CXXVI, 934.

Ad Romanum archiepiscop. ad synodum Romanam sub excommunicationis pœna venire jubet, ud ad ea quæ objiciebantur respondeat, CXXVI, 934.

Ad Carolum imperatorem, legatos ad eum mittit, causa corrigendi mala, quæ se, eo regnante, perpessum queritur, CXXVI, 935.

Ad Ravennates, præcipit ut se a Ravennatis archiep. in synodo excommunicati communione separent, quousque eum absolutum cognoverint, CXXVI, 935.

Ad Rostagnum, Arelatens. archiepiscop., communione privetur sponsa, nisi raptorem deserere et ad sponsum suum redire voluerit, CXXVI, 940.

Ad Cennemocum, episcop. Venetens., quod sacerdos homicida non potest in sacerdotio manere, CXXVI, 941.

Ad Cozilem comitem, de illis qui, uxoribus dimissis, ad alias nuptias transierint, CXXVI, 942.

Ad Photium patriarcham Constantinopolit., de processione Spiritus sancti, CXXVI, 944.

Ad Athanasium episc. Neapolitan., ab excommunicatione eum absolvit, dummodo pactum cum Saracenis initum rumpat, etc., CXXVI, 946.

Ad Carolum imperator., queritus multa bona Ecclesiæ Romanæ a Widone quodam marchione erepta, rogat ut Ecclesiam defendat, etc., CXXVI, 948.

Ad Riccardem Augustam, queritur nullam sibi contra Saracenorum excursiones opem ferri, rogat ut ab imperatore celeriter postulet auxilium, etc., CXXVI, 949.

Ad archiepiscop. Viennens. arguit quod in carcerem detruso Optando episcopo, alium in Ecclesia Genevensi constituerit, etc., CXXVI, 952.

Ad Adalbertum episcop. Mauriennæ, jubet ut Romam veniat cum episcopo Gratianopolitano, quem ignominiose tractarat, CCXXVI, 953.

Ad Clerum Ravennatem, de Maimberto quodam, quem alias ab Ecclesia Ravennate expelli jusserat, etc., CXXVI, 955, 957.

Ad episcopos Britanniæ, quid agendum sit de monachis ab abbate suo ordinatis, CXXVI, 959.

Allocutio ad Patres synodi Tricassini II, de Lautberti et Adalberti aliorumque sequacium excommunicatione, CXXVI, 961.

Excommunicatio adversus pervasores rerum ecclesiasticarum, CXXVI, 962.

Excommunicatio adversus Formosum episcop., CXXVI, 963.

Statutum adversus laicos, qui viventibus uxoribus alias ducunt, et contra episcopos qui de minore ad majorem Ecclesiam ambitus causa demigrant, CXXVI, 963.

JOANNES IX, papa. — Epist. ad Heriveum Remensem archiepisc. Responsum ad consulta de Northmannis nuper ad fidem conversis, quorum alii baptizati fuerant et rebaptizati et post baptismum gentiliter vixerant, qualiter illis consulendum sit, CXXXI, 27.

Epist. ad Stylianum episcop. Neocæsareensem, negat illi veniam quam petiverat communicandi cum illis quos Photius ordinaverat, CXXXI, 29.

JOANNES X, papa. — Epist. ad Herimannum archiepiscop. Coloniens., jubet ut Romam veniat una cum Hilduino et Richario qui de Tungrensi episcopatu contendebant, CXXXII, 806.

Epist, ad Carolum III regem; ei significat de re agenda inter Hilduinum et Richarium, et Hubertum etiam ob Ecclesiæ Romanæ dilapidationem excommunicasse, CXXXII, 807.

Bulla qua, monachis Sancti Launomari per paganos fugatis, possessiones a Willelmo comite Arvernensi donatas confirmat, CXXXII, 809.

JOANNES XII, papa. — Qualiter Sublacenses, qui refractarii erant abbati monasterii Sublacensis, eique multa

bona occuparant, repressit, et omnia restituere coegit, CXXXIII, 1019.

De excommunicatione Artaldi Remensis, Amblardi Lugdunensis archiepiscop., ob S. Symphoriani possessionum invasionem, CXXXIII, 1025.

Epist. ad archiepiscop., episcop., abbates, clerum et populum Galliæ, Germaniæ et Bavariæ : decernit ut monasterium Magdeburgense in archiepiscopatum et Merseburgense in episcopatum Magdeburgensis Ecclesiæ suffraganeum commutetur, CXXXIII, 1027.

JOANNES XIII, papa. — Bulla pro institutione archiepiscopatus Magdeburgensis, CXXXV, 952.

Diploma quo Heroldum Salisburgensem archiepiscop. deponit et excommunicat; Fridericum vero ejus loco archiepiscop. creat, CXXXV, 954.

Bulla qua Adalberto Magdeburgensi archiepiscop. primatum concedit inter universos Germaniæ præsules et illi constituit honorem æqualem cum primariis Galliæ, CXXXV, 966.

Bulla qua eumdem Adalbertum vult consecrare episcopos omnes Albiæ et Salæ; ad ejusque successores jus istud valebit, CXXXV, 967.

Epist. ad Edgarum regem Anglorum ; de episcopatu Winconiensi expellendis clericis et introducendis monachis, CXXXV, 985.

Excommunicat invasores possessionum monasterii S. Symphoriani diœcesis Augustodunensis, CXXXV, 987.

Epist. ad universos episcop. Britanniæ Citerioris; vetat ne Turonensi archiepiscop. resistant, donec ipse de eorum controversia judicium tulerit, CXXXV, 989.

Epistola ad Petrum Papiens. episcop., monasterium S. Salvatoris Papiensis ab Adelaida imperatrice erectum et dotatum, protectioni, non autem jurisdictioni episcopi Papiensis commitit, CXXXV, 995.

JOANNES XV, papa. — Epistola ad omnes fideles, de pace concilianda inter Ethelredum regem Angliæ et Richardum ducem Northmanniæ, CXXXVII, 843.

Bulla pro canonizatione S. Udalrici Augustani episcopi, CXXXVII, 945.

Epist. ad Arnulphum comitem et alios, ut monasterio Sancti Richarii quæ abstulerant restituant, CXXXVII, 850, 851.

JOANNES XIX, papa. — Petrum episcop. Silvæ Candidæ, accepta virga, de universa terra omnium Ecclesiarum Galeriæ investit, CXLI, 1132.

Patriarchatum Gradensem sub potestatem Popponis, patriarchæ Aquileiensis, contra jus fasque redactum, Ursoni patriarchæ Gradensi restituit, CXLI, 1140.

Epist. ad omnes episcop. Galliæ, de S. Martialis apostolatu, CXLI, 1149.

Epist. ad Odilonem Cluniacensem abbatem ; eum redarguit quod Lugdunensem archiepiscopatum recusaverit, CXLI, 1150.

Litteræ absolutionis concessæ Hugoni Antissiodorensi episcop., CXLI, 1151.

Epistola qua excitat omnes bonum facientes ut in restituendam Ecclesiam Magalonensem incumbant, CXLI, 1156.

LEO MAGNUS (S.), papa. — Epistola ad Aquileiensem episcop., male Pelagianos in communionem recipi sine erroris abjuratione et fidei professione; synodum congregari præcipit, ut ab illis fidei professio exigatur; quid de gratia Christi sentiendum, LIV, 595.

Epist. ad Septimum episc. Altinens., Pelagianos nonnisi cum erroris ejuratione esse recipiendos, unumquemque clericum in ea Ecclesia permanere debere in qua ordinatus est, LIV, 597.

Epist. ad episcopos per Campaniam, Picenum, Tusciam, etc., constitutos ; ut nullus episcopus servum alterius ad officium clericatus promovere præsumat; ut quicunque ad sacerdotium promoti fuerint, vel viduarum mariti, vel habentes numerosa conjugia, ab ecclesiasticis officiis arceantur; quod usuras non solum clerici, sed nec laici Christiani exigere non debeant, LIV, 610.

Epist. ad episcopos metropolitanos Illyrici; illicitos contra canones conatus monitis præveniri; ut provinciales episcopi ad metropolitanos pertinere, etc., causæ graviores Illyrici sedi apostolicæ reservari, LIV, 615.

Epist. ad Anastasium Thessanolicens. episc., ut bonus pastor ad sollicitudinem coepiscoporum litteris compelli curet, canonum observantiam commendat; ut omnes conveniant ad synodos ; tam presbyteros et diaconos quam sacerdotes nonnisi diebus Dominicis esse consecrandos, LIV, 617.

Ad episcopos per Italiam, plurimos Manichæorum vi*gilantia sua* in urbe Roma detectos esse, et pari ab eis *sollicitudine investigandos* admonet, LIV, 620.

Epist. ad Dioscorum Alexandrin. episcop., quo die sacerdotatis vel levitica benedictio celebrari debeat, LIV, 623.

De iterando missæ sacrificio ut plebi supervenienti satisfiat, LIV, 626.

Epist. ad episcop. provinciæ Viennensis, de causa Hilarii Arelatensis episcopi, LIV, 628.

Epistola ad episcopos Africanos provinciæ Mauritaniæ Cæsariensis; ordinationes per tumultum factas redarguit; quid sit cito manus imponere; nonnisi unius uxoris viros debere esse diaconos, presbyteros et episcopos... De Donato ex Novatianis converso et Maximo ex Donatistis; virgines per vim oppressas incontaminatis se comparare non debere; quid circa has agendum ; de causis ecclesiasticis ad sedem apostolicam referendis, LIV, 645.

Epist. ad episcop. Illyric., ut vocati ad concilium ab Anastasio venire non renuant; ut nemo sine consensu plebis ordinetur episcopus; ut nullus episcopus alterius inviti clericum sibi vindicet, LIV, 664.

Epist. ad Anastasium Thessalonicens, episcop., quod semper Thessalonicenses antistites vices apostolicæ sedis impleverint; de metropolitanis; de residentia, etc., de subdiaconorum continentia, de conciliis provincialibus frequentandis, de translationibus episcoporum amputandis, de clericis transfugis, de episcoporum a metropolita vocatione.

Epist. ad Turribium Asturicensem episcop., de Priscillianistarum erroribus, LIV, 677.

Epist. ad episcop. Siciliæ, de baptismo non *in* Epiphania sed in festo Paschali celebrando; de servanda temporum et mysteriorum distinctione; cur in sola Paschæ et Pentecostes solemnitate baptizetur ; in necessitate omni tempore est baptizandum, de concilio quotannis Romæ celebrando, LIV, 693.

Epist. ad episcop. Flavianum Constantinopolit. contra Eutychis perfidiam et hæresim; de duplici Christi nativitate et natura, LIV, 756.

Epist. ad Theodosium Augustum; legatos vice sua destinat ad synodum Ephesinam, occasione Eutychetis indictam, LIV, 781,

Epist. ad Pulcheriam Augustam: Christum nostri generis hominem esse; Nestorii et Eutychis errores; cum veritas carnis in Christo impetitur, totam fidem concuti, LIV, 785.

Epist. ad eamdem; ejus zelum adversus Eutychen sollicitat; humanæ saluti interesse, ut Christus non solum homo, sed ejusdem nobiscum generis homo sit; ne ipse Leo intersit concilio, vetant consuetudo, conditio temporis, concivium charitas, LIV, 789.

Epistola ad archiepiscop., etc. Constantinopolitanos; sensum Eutychis exsecratur, etc., LIV, 795.

Epistol. ad Ephesinam synodum, Incarnationis fidem ex confessione Petri probari, etc., LIV, 797.

Epist. ad Julianum episc. Coensem; Eutychen spem Christianam omniumque mysteriorum veritatem perimere, LIV, 803.

Epist. ad Ravennium Arelatensem archiepiscop. de Petroniaco vago diaconum se mentiente, etc., expellendo ab omnium ecclesiarum communione mandat, LIV, 815.

Epist. ad Theodosium Augustum, cum rogat specialem synodum in partibus Italiæ fieri, etc., LIV, 821.

Epist. ad eumdem, de pseudosynodo Ephesina ; utque alia generalis synodus contra hanc habeatur in Italia, LIV, 826, 832, 839, 844.

Epist. ad Theodosium Augustum; Nicænæ fidei se inhærere scribit; Entychen non minus quam Nestorium esse damnandum ; concilia intra Italiam haberi postulat, LIV, 855.

Epist. ad clerum et plebem Constantinopolitan. Gratulatur quod Flaviano semper adhæreant et errori resistant, veritas carnis in Christo ex mysterio eucharistiæ probatur, etc., LIV, 865.

Epist. ad Pulcheriam Augustam; per Eutycheten fidei fundamenta concuti, adversus quem concilium generale, ipsa annuente, celebrari cupit, LIV, 873.

Epist. ad Arelatenses, sententiam suam interponit super antiquam controversiam inter Arelatensem et Viennensem Ecclesiam, et cuique suos limites assignat, LIV, 881.

Epist. ad Ravennium Arelat. episc., ei mittit celebrem suam epistolam ad Flavianum de incarnatione Verbi Dei adversus Eutychen, et pro defensione fidei, etc., LIV, 886.

Epist. ad Theodosium Augustum, consensum suum ad ordinationem Anatolii Constantinopolit. suspendit; professionem fidei exigit, etc., LIV, 890, 893.

Epist. ad Martinum presbyt., quam bonum sit pro veritate pati, etc., LIV, 899.

Epist. ad Faustum et Martinum presbyteros, scribit intolerabile esse Occidentalibus episcopis quod Ephesi contra fidem actum est; Antichristo militare tam Nestorium quam Eutychen, contra quos Ecclesia profitetur non unam naturam, sed unam se adorare personam, LIV, 901.

Epist. ad Pulcheriam Augustam, de repressis ejus auctoritate Nestorio et Eutyche gratias agit. etc., LIV, 909.

Epist. ad Anatolium episcop., Constantinopolitanum, de fide ejus scriptis missis probata, de his qui metu in hæresim lapsi sunt, ut si conversi fuerint recipiantur, de nominibus hæreticorum ad sacrum altare non recitandis, LIV, 913.

Epist. ad Julianum episcop. Monet lapsos in communionem recipi non debere, nisi perfidia cum auctoribus damnata, LIV, 917.

Epist. ad Marcianum Augustum, pro conservatione catholicæ fidei gratulatur, cui pax imperii rependitur, de solis errantibus agendum esse, non de fide vel Scripturis quas aliter quam sancti Patres interpretari nefas est, LIV, 917.

Epist. ad Pulcheriam Augustam, de lapsis et Eutyche, LIV, 821, 922.

Epist. ad Paschasinum Lilybætanum episcop., ei mittit suam epist. ad Flavianum qua legatus in synodo futurus instrueretur, duplicem in Christo naturam adversus Eutychen asserit, etc., LIV, 927.

Epist. ad Marcianum Augustum, de legatis ad concilium generale missis, vice ejus arturis, ubi omnia ad fidei et pacis unitatem revocanda, LIV, 930.

Ad eumdem, pro concilio Nicæam primum convocato, postea Chalcedonem translato, LIV, 932.

Epist. ad synodum, necessitatem temporis, etc., vetare ne intersit synodo; se tamen per legatos quos mittit præsentem futurum, LIV, 935.

De solemnitate Paschali anni sequent. 452; quod unitas in ea celebranda servanda sit, LIV, 945.

Epist. ad Galliarum episcopos de damnatione hæreticorum, LIV, 983.

Ad eosdem, eis mittit exemplar sententiæ damnationis prolatæ in Eutychen et Dioscorum, LIV, 987.

Epistola ad Marcianum Augustum, de ambitu Anatolii episcop. Constantinopolitani, LIV, 991, 997.

Ad Anatolium Constantinopolit. episcop.; eum increpat de ambitu, LIV, 1001.

Ad Julianum Coensem episcop. Nicæni concilii auctoritas quanti facienda sit; eum arguit quod faveat Anatolio Constantinopolit., etc., LIV, 1009.

Ad Theodorum Forojuliensem episcop., unumquemque episcopum ad metropolitanum in dubiis recurrere debere; pœnitentem qui ante reconciliationem decedit, non posse post mortem reconciliari; nemini in extremis posito et reconciliationem petenti, eam esse denegandam, etc., LIV, 1011.

Ad Julianum Coensem episc., de Palæstinis monachis cohibendis ob violentias in Catholicos, etc., LIV, 1014.

Ad Marcianum August. de Aetio et Andrea, LIV, 1019; 1023; 1024.

Ad synodum Chalcedonensem, se consentire his quæ Chalcedone circa fidem constituta sunt, nunquam id a se ratum esse habendum quod adversus Nicænos canones ibidem actum est, LIV, 1027.

De fidei perseverantia; hæreses non sine Ecclesiæ utilitate ortas irretractabili judicio comprimi; Christi esse victoriam quam de hæreticis reportat Ecclesia, etc., LIV, 1046.

Ad Marcianum Augustum; curam Paschalis cycli Alexandrino episcopo olim esse demandatam; quid difficultatis ex illo ortum sit, LIV, 1055; 1058.

Ad Eudociam Augustam, de monachis Palestinis; rogat ut curam suam reducendis ad fidem et quietem monachis Palæstinis impendat; recepta Chalcedonensi synodo, tam Eutychen quam Nestorium exsecrentur, si catholici videri volunt, LIV, 1060.

Ad Palæstinæ monachos, eos monet tam Eutychen qui naturas confundit in Christo, quam Nestorium qui personam geminat esse detestandos, etc., cum iisdem monachis expostulat de scandalis ipsorum furore ortis, et exhortatur ut resipiscant et fidem communem amplectantur, LIV, 1062.

Ad Julianum episcop. Coensem de restituto Hierosolymitano episcopo, conversis Palæstinæ monachis; de Paschate anni 455 diligentius inquiri cupit, etc., LIV, 1071.

Ad Marcianum Augustum, testatur se libenter Anatolium in gratiam suam recepturum, modo satisfaciat canonicus, et sacerdotum jura non convellat, LIV, 1073.

Ad Proterium Alexandrin. episcop., episcoporum esse vigilare ne fidei unitas violetur, etc., LIV, 1075.

Ad Marcianum Augustum, promittit Anatolio gratiam suam, si resipiscat; rogat ut Eutychen virus suum spargentem in exsilio ad secretiora loca releget, LIV, 1094.

Ad Euxitheum Thessalonicens. episcop, et alios, hortatur ut scelestis ausibus Eutychianorum qui Proterium Alexand. episcop. occiderant, strenue resistant; nec patiantur synodum alteram congregari, sed sua Chalcedonensi firmitas asseratur, LIV, 1120.

Epist. ad Leonem Augustum, post Chalcedonense concilium nihil esse denuo tranctandum circa fidem, etc., LIV, 1127.

Epist. ad Nicetam episcop. Aquileiensem, de feminis quæ occasione captivitatis virorum suorum aliis nupserunt; an culpabilis sit qui locum captivi mariti assumpsit; restituendam esse uxorem primo marito; excommunicandas esse mulieres ad primum maritum redire nolentes, etc., LIV, 1175.

Epist. ad presbyteros, diaconos, etc., Constantinopolitanos, ut in fide stabiles et ab hæreticorum societate alieni perseverent hortatur; ut novum judicium non instauretur, et de Attico et Andrea honore sui ordinis privatis, LIV, 1142.

Epist. ad Leonem Augustum de Eutychianis, etc., LIV, 1148, 1155.

De presbytero vel subdiacono qui se episcopos mentiti sunt, et de his quos ipsi clericos ordinarunt; de presbytero vel diacono qui si, cognito crimine suo, pœnitentiam publicam petat, utrum ei per manus impositionem danda sit, LIV, 1203.

De his qui altario ministrant et conjuges habent, utrum eis licito misceantur, etc., LIV, 1204.

De his qui post pœnitentiam uxores accipiunt, vel concubinas sibi conjungunt, LIV, 1207.

De his qui a parentibus Christianis parvuli derelicti sunt, et utrum baptizati sint non potest inveniri, an debeant baptizari, LIV, 1208.

Epist. ad universos episcopos Campaniæ, Samnii et Piceni, ut non omni tempore baptismi regeneratio detur, nisi in Pascha et Pentecoste, et nisi periculosa infirmitas oppresserit; de pœnitentia fidelium, ut confessio eorum non publicetur, LIV, 1209.

Ad Leonem Augustum, de ejecto Timotheo Æluro ab Alexandrina Ecclesia, et catholico præsule in ejus locum eligendo; et fidei integritatem et morum probitatem in sacerdote requiri; impium Ælurum, etsi fides forte integra non posse restitui, LIV, 1212.

LEO II, papa. — Epistola ad Constantinum imperatorem, confirmat quæ in sexta et universali synodo gesta et definita sunt et ea approbat, XCVI, 400.

Epist. ad episcopos Hispaniæ, sexti generalis concilii acta narrat, in quo damnatis hæreticis, catholicæ fidei definitio de duabus in Christo voluntatibus et operationibus promulgata fuit, quam transmittit omnibus manifestandam, cuique ipsi episcopi subscribere debeant, XCVI, 411.

Epist. ad Simplicium comitem; narrat acta concilii, definitionem transmittit, cui episcopi subscribant, petens ut ea in sua ditione omnibus innotescere curet, XCVI, 416.

LEO IV, papa. — Epist. ad episcopos Britanniæ, docet episcopos Simoniaco in concilio judicandos esse; respondet deinde: Ad quos ecclesiasticus ordo pertineat; quod unaquæque parochia episcopi provisione sit regenda, non cogendus sit presbyter ad sacra concilia eulogias deferre, ut nulla propria cognatione conjugem sibi copulet, per quæ decreta judicare debeant episcopi, CXV, 667.

LEO VI, papa. — Forminum Jaderensem et Gregorium Nonensem et cæteros Dalmatiæ episcopos hortatur ut Joanni archiepiscopo Spalatino pareant; jubet finibus suis quemque episcopum nominatimque Absorensem, Arbensem, Ragusanum contentum esse, Gregoriumque Croatorum episcopum in administranda Ecclesia Scardonitana acquiescere, CXXXII, 813.

LEO VII, papa. — Epistola ad Hugonem Francorum regem et monasterii S. Martini Turonensis abbatem, vetat ne in B. Martini monasterium aditus detur mulieribus, CXXXII, 1072.

Epist. ad Gallos et Germanos, multa quæ ad disciplinam spectant, emendari jubet, CXXXII, 1085.

LEO IX (S.), papa. — Bulla per quam monasterium Perusianum Sanctæ Mariæ vallis Pontis eripit Perusinis episcopis, CXLIII, 595.

Richerio abbati Casinensi ejusque successoribus mo-

nasterium S. Crucis, Romæ situm, subjicit, CXLIII, 605.
In synodo Moguntina quadraginta episcoporum, præsente Henrico imperatore, Simoniacam hæresim damnat, etc., CXLIII, 621.
Willelmo comiti Nivernensi sub excommunicationis pœna præcipit ut monasterio Sancti Bercarii De ensi ablata restituat, CXLIII, 644.
In synodo quadraginta quinque episcoporum Gerardum quondam episcopum Tullensem sanctorum catalogo ascribit, dieque 23 mensis Aprilis coli jubet, CXLIII, 644.
Epistola ad principes Britanniæ, sententiam pro Turonensi Ecclesia adversus Dolensem pronuntiat, resistentes et Simoniacos atque ab eis ordinatos excommunicat, CXLIII, 648.
Edwardum Anglorum regem, ob seditiosum regni statum voto liberat Romam eundi, et ei præcipit ut pecunias ad iter destinatas pauperibus dividat, et in novum B. Petri monasterium condendum aut vetustum reficiendum consumat, CXLIII, 674.
Ad omnes per Italiam episcopos ne possessiones omnes suas quisquam donet monasterio, sed earum saltem medietatem Ecclesiæ ad quam pertinet, CXLIII, 685.
Episcopis Venetiæ ad Istriæ præcipit ut patriarchæ Gradensi, cujus primatum ab apostolica sede concessum synodo confirmarat, obedientiam præbeant, CXLIII, 727.
Ad Thomam episcopum Africanum, ostendit Carthaginens. archiepiscop. totius Africæ esse primatum, etc., CXLIII, 727.
Petrum et Joannem episcopos laudat, quod jussu suo concilium de rebus ecclesiasticis celebraverint, et jura archiepiscopi Carthaginensis contra Gummitanum episcopum defenderint, CXLIII, 729.
Epistola ad Michaelem Constantinopolitanum patriarcham adversus ejus et Leonis Acridani episcopi inauditas præsumptions et nimias vanitates, CXLIII, 744.
Petri episcop. Antiocheni ordinationem approbat, si secundum canones fuerit promotus; hortatur ut suæ Ecclesiæ dignitatem tueatur; probat fidem ad se ab eo scriptam eamdem esse quam tenet Romana Ecclesia, cujus fidei summa ad eum mittit, CXLIII, 769.
Michaelem Constantinopolitan. patriarcham gratulatur, quod Græcos Latinis conciliare studeret; arguit eum tum quod patriarchas Alexandrinum et Antiochenum suæ potestati subjicere conaretur, tum quod universalis patriarchæ nomen sibi usurparet, et Romanam Ecclesiam quæ in azymis sanctum eucharistiæ sacramentum conficiat damnaret. Probat Christum in azymo consecrasse, CXLIII, 773.
LUCIUS II, papa. — Mandat Raimundo Magalonensi episcopo ut canonicam sententiam proferat in comitem Merguriensem et alios tanquam sacrilegos, nisi reddant monasterio S. Theofredi ea quæ Bernardus olim Merguriensis comes eidem monasterio per testamentum dimiserit, XLXXIX, 844.
Petro Bituricensi, Arnoldo Narbonensi, Raimumdo Arelatensi, Pontio Aquensi, Guillelmo Ebredunensi archiepiscopis mandat ut adempta monasterio Massiliensi reddenda curent, CLXXIX, 844.
Ad Pontium abbat. Vizeliacensem; adversus interfectores Artaldi abbat., CLXXIX, 852.
Gregorio episcopo Bergomati nuntiat de controversia canonicorum Sancti Vincentii et Alexandri quid decreverit, CLXXIX, 859.
Ad Alphonsum regem Portugalliæ, qui regnum suum Romanæ Ecclesia tributarium constituerat, CLXXIX, 860.
Bulla confirmatoria sententiæ Urbani II papæ de subjectione Ecclesiæ Dolensis ad Ecclesiam Turonensem, CLXXIX, 875.
Ad Briocensem et Trecorensem episcopos; absolvit eos ab obedientia episcopo et Ecclesiæ Dolensi promissa, CLXXIX, 877.
Ad Gaufridum comitem Britanniæ et Henricum fratrem ejus, ut non impediant episcopos Britanniæ subjici Turonensi Ecclesiæ, CLXXIX, 879.
Ad comitem Nivernensem, ut Vizeliaco restituat quod ademit, CLXXIX, 888.
Ad episcopos Galliarum, vetat ædificari ecclesias vel capellas in parochiis ad Cluniacense monasterium pertinentibus, CLXXIX, 891.
Gregorio episcopo Bergomati mandat ut episcopatus sui sacerdotes impellat ad fidelitatem ecclesiis S. Vincentii et S. Alexandri faciendam, CLXXIX, 898.
Ad Atrebatensem et Cameracensem episcopos, ut causam matrimonialem cognoscant, et incursam ea de causa excommunicationem relaxent, CLXXIX, 899.
Ad Atrebatensem et Morinens. episcopos, ut damna illata Walthero de Waldone, dum Hierosolymam profectus erat, revarari curent, CLXXIX, 899.
Henricum Omolucensem episcopum propter quædam ecclesiastica negotia Romam evocat, CLXXIX, 902, 903.
Ad S. Bernardum Clarævall. abbat., ut moneat Nivernensem comitem ne quid præter fas a Vizeliacensibus exigat, CLXXIX, 910.
Ad Petronillam Fontis Ebraldi abbatissam, significat se controversiam ejus cum Ulgerio, Andegavensi episcopo dirimendam commisisse concordiæ vel judicio delegis episcopis, CLXXIX, 924.
Ad episcopum Burgens. in Hispania, ut Ecclesiam de Caradigua fratribus Cluniacensibus reformandam committat, CLXXIX, 928.
Ottoni episcop. Pragensi mandat ut monasterium Raygradense adversus Wratislaw ducem Brunensem et alios nobiles tueatur, CLXXIX, 929.
Ad Petrum Cluniacensem, super subjectione abbatis monasterii S. Benedicti super Padum ipso Cluniacens. abbati, CLXXIX, 930.
S. Sabæ monasterium Cluniacensibus in perpetuum subjicitur, LXXIX, 931.
Ad monachos Santi Pancratii, irritas chartas declarat per quas filii patribus suis successores fiant in Ecclesiis, CLXXIX. 934.
LUCIUS III, papa. — Philippo archiepiscopo Coloniensi significat se præposito Bonnensi mandasse ut comitem Sainensem, si illata monasterio Siegburgensi damna non compensasset, excommunicatione afficeret, CCI, 1076.
Delegatis apostolicis mandat, ut inquirant de inobedientia plebani ecclesiæ Sancti Bartholomæi, eumque si inveniant, puniant, CCI, 1097.
Ad Simonem Meldensem episcop., confirmat ipsius statutum de residentia eorum qui personatum obtinent in Ecclesia Meldensi, CCI, 1106.
Canonicorum Placentinorum institutum sancit, CCI, 1126.
Ad episcopos et clericos Scotiæ, de absolutione Willelmi Scotiæ regis, CCI, 1127.
Ad Theobaldum abbat. Cluniacens., statuit quod nullus ordo seu religio alia ponatur in parochiis juris Cluniacensium, CCI, 1432.
Universis Ecclesiarum prælatis mandat ut excommunicent eos qui monachis ad generale capitulum Cluniacense euntibus insidias posuerint, CCI, 1157.
Stephano Augustodunensi et Manassi Lingonensi episcopis mandat ne contra privilegium monachis Cisterciensibus concessum agatur, CCI, 1161.
Vizeliacensi et Flaviniacensi abbatibus mandat, cogant canonicos Cabillonenses et Matisconenses ut monasterio Trenorciensi subtractas Ecclesias restituant, CCI, 1171.
Monasterium Monteregulense sedem archiepiscopalem constituit, abbatem Guillelmum archiepiscop. consecrat, etc., CCI, 1178.
Cephalodiensi et Pactensi episcopis præcipit ut Richardo archiepiscopo Messanensi obtemperent, CCI, 1183.
Sententia in sacrilegos juris ecclesiastici pervasores quibus aufertur omne appellationis refugium, CCI, 1227.
Judicium in raptores qui remedio appellationis abutebantur contra statuta ecclesiastica, CCI, 1229.
Ad Mauricium Parisiensem episcop., contra presbyteros fornicationis accusatos, CCI, 1231.
Abbati et monachis Classensibus præcipit ut archiepiscopo Ravennati obediant, CCI, 1244.
Decano et capitulo Rothomagensi mandat, cum mortuus sit archiepiscopus, ut Willelmum electum Constantiensem, e suffraganeis Ecclesiæ Rothomagensis episcopis consecrandum curent, CCI, 1248.
Statutum pro juramento personarum super residentia CCI, 1253.
Bononiensem et Mutinensem ecclesias testatur a sese, salvo jure Gerardi archiepiscopi Ravennatis consecratas esse, CCI, 1276.
Decretum contra hæreticos, CCI, 1297.
Ad Rothomagense capitulum, gratam habet electionem factam de Lincolniensi episcopo in archiepiscopum Rothomagensem, CCI, 1300.
Pactensem et Cephalodiensem episcopos obedire Richardo archiepiscopo Messanensi jubet, CCI, 1315.
Archiepiscopis et episcopis in regno Francorum constitutis mandat ut S. Dionysii monachis ad exsequenda monasterii jura opitulentur, CCI, 1319.
Episcopo Veronensi præcipit ut a laicis decimas exhiberi canonicis Veronensibus jubeat, CCI, 1320.
Monachis S. Remigii in generalibus excommunicationibus sive interdictis, ostiis clausis officia celebrare permittit, CCI, 1324.
Ad Walterum Rothomagensem archiepiscopum, non

instituendos in ecclesiis nisi qui vel sint aut proxime futuri sint sacerdotes, et residere ibidem parati sint; nec minus idoneos, etiamsi a patronis præsentati fuerint, CCI, 1325.

Artwigo II archiepiscopo Hamburgensi significat se inobedientes Daciæ, Sweciæ, Norwegiæ episcopos propter tumultuosum regnorum illorum statum evocare distulisse, CCI, 1356.

Clericis de Rhodigio significat se delegasse episcopo Patavino causam novæ Ecclesiæ ab ipsis constructæ in præjudicium ecclesiæ S. Joan Baptistæ de Costa, subjectæ monasterio S. Cypriani de Muriano, CCI, 1364.

MARTINUS (S.) I, papa. — Epistola Encyclica ad omnes Christi fideles, quod synodus Romæ adunata fuit adversus hæreticos Theodorum, Cyrum, Sergium, Pyrrhum et Paulum, qui in ea anathematizati sunt, LXXXVI, 120.

Epistola ad Amandum episcopum Trajectensem; dissuadet ne episcopatum abdicet; mittit acta synodi Romanæ, ut ab episcopis Galliæ congregata synodo, confirmentur, monet ut Sigeberto regi suggerat de mittendis in urbem episcopis qui legatione ad imperatorem fungantur, LXXXVII, 136.

Epist. ad Constantem imperatorem, nuntiat Monothelitarum hæresin in concilio, cujus acta transmittit, damnatam, ipsumque ad eamdem hæresim damnandam hortatur, LXXXVII, 137.

Epist. ad Ecclesiam Carthaginensem, probat fidei confessionem quam miserant; ad eamdem tuendam ipsos excitat; acta concilii Lateranensis contra Monothelitas exponit, LXXXVII, 145.

Epist. ad Joannem episcopum Philadelphiæ, constituit eum in Oriente vicarium cum potestate constituendi episcopos et presbyteros, lapsosque ad fidem redeuntes in pristino dignitatis gradu collocandi; improbat Macedonii et Petri electionem ab hæreticis factam; mittit acta concilii publicanda, LXXXVII, 153.

Epist. ad Theodorum episcop. Esbuntiorum, ostendit eum sua confessione hæreticorum furorem repressisse, et ad obediendum Joanni Philadelphiæ episcopo quem constituerat vicarium, hortatur, LXXXVII, 163.

Epist. ad Antonium episcop. Bacathorum, cum jam resipuerit, ut in fide catholica persistat, et Philadelphiæ episcopo parcat, eum admonet, LXXX, 165.

Epist. ad Georgium archimandritam monasterii Sancti Theodosii, laudat eum ob apostolicæ sedis ministrum defensum, et ut Philadelphorum episcopo obediat, LXXXVII, 167.

Epist. ad Pantaleonem, absolutum fuisse Dorensem episcopum falso ab eo delatum, peccasse illos per quos actum est quominus sedis apostolicæ auctoritatem receperit episcopos et presbyteros ordinandi, et quid cum his qui non canonice in patriarchatu Hierosolymitano electi fuerant agendum, LXXXVII, 169.

Epist. ad Petrum illustrem virum, commendatur ejus vitæ integritas, hortaturque ut vicario suo faveat, LXXXVII, 173.

Epist. ad Ecclesiam Jerosolymitanam et Antiochenam, nuntiat Monotheliterum hæresim in concilio fuisse damnatam, ordinationemquæ Macedonii Antiochiæ, et Petri Alexandriæ perperam esse actam, ut in fide catholica persistant et Joanni vicario, cui dictæ synodi acta misit obediant, LXXXVII, 175.

Epist. ad Paulum Thessalonicensem episcop., cum non modo, ut promiserat, non resipuerit, verum eo auctore apostolicæ sedis apocrisiarii in hæresim fuerint inducti, anathematizatur et deponitur, LXXXVII, 181.

Epist. ad Ecclesiam Thessalonicensium, de Pauli damnatione et ejus hæresi fugienda, LXXXVII, 191.

Epist. ad Theodorum, commemorat ea quæ Romæ passus est, cum inde a Calliopa exarcho vi abreptus, Constantinopolim missus est, LXXXVII, 197, 199, 201.

NICOLAUS I, papa. — Bulla pro monasterio Fuldensi, de hujus monasterii statu sibi identidem rationem reddi mandat, CXIX, 770.

Epistola ad Michaelem imperatorem, conqueritur synodum Constantinopoli injussu sedis apostolicæ ausam fuisse Ignatium honore privare et in ejus locum Photium substituere; ostendit laicum ad pontificalis dignitatis gradum conscendere non posse, etc., CXIX, 773.

Ad Photium, reservat totam ejus causam in adventum legatorum, etc., CXIX, 780.

Ad episcop. in regno Caroli constitutos, de Ingeltrude, Bosonis comitis uxore fugitiva, ut illam excommunicent, si ad virum redire contemnat, CXIX, 780.

Ad Carolum regem, monet eum diligenter procurare ut Lotharius Ingeltrudem regno suo ejiciat, et ad virum suum redire compellat, CXIX, 781.

Ad Thietgaudum Trevirens. archiepiscop. illum et clerum ejus absolvit a juramento, CXIX, 782.

Ad omnes fideles, docet Orientalem Ecclesiam sine ullo suo consensu a legatis sedis apostolicæ Ignatium depositum. Photium substitutum, CXIX, 783.

Ad Photium, diluit argumenta Photii qui exemplo Ambrosii, Nectarii et Tarasii se merito ex laicorum gradu ad episcopalem dignitatem pervenisse affirmabat, eumque tum quod laicus esset, tum quod Ignatius adhuc viveret, injuste ad eum dignitatis gradum conscendisse demonstrat, CXIX, 785.

Epist. ad Michaelem imperator., improbat depositionem Ignatii, et Photii promotionem a legatis temere approbatam, etc., CXIX, 790.

Quod Dominus Jesus Christus in carne tantummodo passus est; de his qui divinitatem passibilem dicunt, et etiam asserunt quia in baptismate originale piaculum non omnibus dimittatur; de his qui episcopum percutere præsumpserint, CXIX, 795.

Epist. ad Adonem archiepiscop. Vienn., de divortio inter Lotharium regem et uxorem ejus Teutbergam, CXIX, 796.

Ad Lotharium regem, legatos mittit ad synodum cogendam ad quam præcipit duos de Caroli regno episcopos accedere, etc., CXIX, 798.

Ad Carolum Calvum regem, ut duo de ejus regni episcopis ad synodum Metis cogendam proficiscantur, CXIX, 799.

Ad episcopos Galliæ et Britanniæ, ut ad synodum Metensem cum legatis accedant, ibique audito Lothario ejus divortii causam cognoscant, et canonice definiant, CXIX, 800.

Ad episcopos in concilio Metensi residentes, ut Teutbergæ causam examinent ac definiant, conciliique acta ad se mittant, CXIX, 801.

Ad Carolum Calvum regem et ad Hermentrudem reginam, petit ut parcant Balduino qui filiam eorum rapuerat et in uxorem acceperat, CXIX, 303, 304.

Ad Stephanum comitem Arvernorum, jubet ut Sigonem Arvernensem episcopum Ecclesiæ suæ dejecto pervasore restituat, et synodo legatorum de objectis satisfacturus se sistat, CXIX, 805.

Ad Salomonem Brittonum regem, de renovando ejectorum episcoporum examine apud archiepiscop. Turonens., vel apud sedem apostolicam, CXIX, 806.

Ad Carolum archiepiscop. Moguntinum ejusque suffraganeos episcopos Germaniæ, declarat se nullam sententiam protulisse in Salomonem episcopum; Abbonis matrimonium in quarto consanguinitatis gradu contractum esse dissolvendum, variasque variis peccatis assignat pœnitentias, CXIX, 809.

Ad Hincmarum Rhemensem archiepiscop., ut Rothadum episcopum Suessionensem dejectum sedi suæ intra dies triginta restituat, aut Romam cum eodem ad causam dicendam veniat, CXIX, 825.

Ad episcopos synodi Silvanectensis, rescindit acta synodi contra Rothadum; jubet ut ab exsilio revocetur, Romamque ad retractandum judicium cum synodi legatis dirigatur, etc., CXIX, 826.

Ad Carolum Calvum regem, ut Rothadum honori pristino restitui faciat, tum deinde ad sedem apostolicam, quam appellavit, venire permittat, etc., CXIX, 837, 838.

Ad episcopos in regno Lotharii constitutos, ut Lothario regi suggerant, ut submoto Hilduino, cui Cameracensem Ecclesiam dedit, liberam eligendi episcopi licentiam tribuat, CXIX, 841.

Ad Lotharium regem, ut Hilduinum Ecclesiæ Cameracensis pervasorem rejiciat, et Hincmarum in ea disponendo privilegio suo uti permittat, CXIX, 842.

Ad Hilduinum clericum, ut ab Ecclesiis Cameracensi, quam pervaserat, deinceps abstineat, CXIX, 843.

Ad Carolum regem, decretum de monasteriorum gubernatione ei missum, et reginis et Ecclesiis sub anathemate omnium episcoporum confirmandum, CXIX, 844.

Ad Michaelem imperatorem, de Photii depositione, Ignatii patriarchæ institutione, Zachariæ et Rhadoaldi episcoporum depositione ac excommunicatione, cum capitulis interpositis, CXIX, 850.

Ad Carolum Calvum regem, pro Roberto episcopo Cenomacensi adversus monachos Sancti Carilefi, CXIX, 863, 864, 865, 866.

Ad Lotharium regem, auctoritate apostolica, non regio favore episcopum esse eligendum, CXIX, 869.

Ad Hincmarum Rhemensem archiepiscop., Rothadum ab itinere Romano prohibitum fuisse indignatur; jubet ut quamprimum dirigatur, et illius interim loco episcopum ordinari vetta, etc., CXIX, 871.

Bulla pro conjunctione episcopatus Hamburgensis et Bremensis anno 864 data, CXIX, 876.

Ad Rodulphum Bituricensem archiepiscopum ejusque coepiscopos, de Theutgando et Gunthario a sede apostolica damnatis; monetque ut ab eorum communione penitus abstineant, CXIX, 881.

Absolutio et restitutio Rothadi episcopi, CXIX, 892.

Ad Carolum Calvum regem, hortatur ut Rothado restituto faveat, et res ejus Ecclesiæ ablatas reddi jubeat, CXIX, 893, 897, 899.

Ad archiepiscopos in regno Lotharii constitutos, ut Lotharium libere arguant, et adulteram quam habet projicere compellant, CXIX, 915.

Ad Ludovicum Germaniæ et Carolum Calvum reges: reprehendit quod episcopos in urbem ad synodum non miserint, ut Lotharium de divortio commonere pergant; de episcopis in Coloniensi et Cameracensi Ecclesia consecrandis, etc., CXIX, 921.

Epistola ad Michaelem imperatorem, eum reprehendit qui superbia et arrogantia elatus multa insolentia scripserat; ostendit depositionem Ignatii nullius esse momenti, quoniam a suspectis, excommunicatis et inferioribus episcopis fuerat damnatus; commemorat multa de privilegiis Romanæ Ecclesiæ; jubet ad se venire Ignatium et Photium, aut eorum legatos si ipsi non possunt, etc., CXIX, 926.

Ad Hincmarum Rhemensem archiepiscopum; synodum pro causa Wlfadi et sociorum ejus, apud Suessionem convocari jubet, CXIX, 964.

Ad Festinianum episcop. Dolensem, redarguit eum quod sibi cum debita reverentia non scripserit, mandatque ut Turonensem Ecclesiam metropolitanam agnoscat, nisi contrarium scriptis authenticis probet, CXIX 969

Aduniversos episcopos, iterum admonet de sententia excommunicationis quam adversus Waldradam ejusque complices promulgarat, CXIX, 971.

Responsa ad consulta Bulgarorum, CXIX, 978.

Ad Michaelem imperatorem, hortatur eum ad legatos benigne audiendos, repetit quæ jam dixerat de Photio, Rhadoaldo, Ignatio et Zacharia; petit ut epistolam contumeliarum plenam, quam ipse imperator miserat, jubeat comburi, etc., CXIX. 1016.

Ad Photium, ei exprobrat multa crimina quæ in occupanda Ignatii sede commisit; probat illum et divinum et humanum jus violasse; nuntiat ipsum depositum fuisse, et si non paret sententiæ, minatur illi perpetuam usque ad obitum excommunicationem, CXIX, 1045.

Ad Ignatium patriarcham Constantinopolitanum, certiorem Ignatium facit de omnibus quæ in ejus causa a reditu legatorum Zachariæ et Rhadoaldi acta fuerant, et qualiter Photius fuerit in concilio depositus et anathematizatus cum suis sectatoribus, ipse vero una cum suis restitutus, CXIX, 1058.

Ad Eudociam Augustam, rogat ut agat partes Ignatii apud imperatorem, CXIX, 1063.

Ad Clerum Constantinopolitanum, Photii damnatio, Gregorii episcopi Syracusani iterata damnatio, privatio eorum quos Photius ordinaverat, restitutio Ignatii, restituuntur episcopi a Photio relegati, de sacris imaginibus, CXIX, 1074.

Ad senatores Constantinopolitanos, ut faveant causæ Ignatii et abstineant a communione Photii, CXIX. 1089.

Ad episcopos synodi Suessionicæ. Hincmarum graviter perstringit quod in causa clericorum dejectorum callide ac dissimulanter egerit, quodque Benedicti papæ litteras mutilas et corruptas proferre ausus sit, quare episcopos iterum convenire jubet, etc., CXIX, 1093.

Ad Wlfadum clericum Rhemensem et socios, gratulatur de ipsorum restitutione, quam ratam habet, monetque ne injurias ulciscantur et ut Hincmaro præsertim reverentiam exhibeant, CXIX. 1112.

Ad nobiles Aquitanos, ut res Ecclesiarum, quas injuste quoquomodo retinent, sine mora reddant, ac deinceps ab iisdem abstineant, CXIX, 1114.

Ad Carolum regem, ut curet a Lothario restitui ea quæ a Helletrude sorore sua Berengarii vidua abstulerat, CXIX, 1115.

Ad episcopos in regno Ludovici constitutos, monasterialibus disciplinis nullus subjiciatur invitus, CXIX, 1120.

AdAdonem, archiepiscop. Viennens., de sententiis atque interdictis sedis apostolicæ, CXIX, 1121.

Ad Hincmarum Rhemensem archiepiscopum, pœnitentia injuncta illi qui monachum presbyterum occiderat, CXIX, 1122.

Ad eumdem, accusator et accusatus simul debent adesse, CXIX, 1123.

Ad Frotarium Burdigalens. archiepiscop., invasorib. rerum ecclesiasticarum quæ pœnitentia sit imponenda CXIX, 1124.

Ad Joannem archiepiscop. Ravennatem, de illis qui uxoribus suis dimissis, ad alias nuptias transierint, CXII 1125.

Ad Adalwinum archiepiscop. Juvavens., de vidua quæ post assumptum sanctimonialium velamen ad nuptias redierit, CXIX, 1125.

Ad eumdem, quod episcopus vel clericus nullo modo venationi debeat insistere, CXIX, 1126.

Ad Salomonem episcop. Constantiensem, quod non damnandus sit nisi sponte confessus vel canonice convictus, CXIX, 1127.

Si homo aliquis duas spirituales commatres habere possit, de pœnitentia parricidarum et incestuosorum, de quodam matricida pœnitente, CXIX, 1127.

De clerico qui paganum occiderit, CXIX, 1129.

Quam nefarium sit consanguineis copulari, qui defendendo se paganum occiderit sacerdotali careat officio, de pœna presbyteri qui diaconum percusserit, perpluraque alia decreta, CXIX, 1131, 1132.

De flagellatoribus et occisoribus episcoporum, ut presbyter homicida sacerdotali careat officio; ut si episcopus occisus fuerit, alter non subrogetur nisi eis detectis et punitis, CXIX, 1134.

Epistola ad Theutbergam reginam, eam arguit quod contra seipsam tædio victa scribat, negatque fieri posse quod suggerit ut continentiæ studio conjugium dissolvat, nisi Lotharius maritus cælibem quoque vitam promittat, CXIX, 1136.

Ad episcopos in regno Lotharii constitutos, de Waldradæ excommunicatione tertio jam scribit; notat illorum desidiam, et referri ad se jubet an Lotharius cum Theutberga conversetur, et quomodo eam tractet, CXIX, 1139.

Ad Carolum Calvum et alios, de Theutberga, CXIX, 1142, 1146, 1150.

Ad Hincmarum et cæteros episcopos in regno Caroli constitutos, exponit causas odii et invidiæ Græcorum adversus Ecclesiam Latinam; mittit illorum objectiones ut eas refellant, et quæ contra illos invenerint in Urbem transmittant, CXIX, 1152.

Ad Carolum Calvum regem, petit ut auxilio sit episcopis ad conventus habendos de negotio quod ipsis demandavit, CXIX, 1161.

Ad Ludovicum regem Germaniæ et alios, ut desinat tandem intercedere pro Theutgaldo et Gunthario, CXIX, 1161, 1163.

Conqueritur de Lothario, etc., CXIX, 1163, 1174.

Epistola ad episcopos legatos in Franciam missos, mittit ad eos commonitorium pro causa Theutbergæ, CXIX, 1179.

Epist. ad Carolum regem majorem, de conjugio Caroli Junioris, CXIX, 1182.

Decreta, de constitutionibus Ecclesiæ, de consuetudine, de judiciis, de Romana Ecclesia et sede apostolica, de presbyteris, de clericis, de votis monasticis, de laicis, de ecclesiis, de baptismo, de pœnitentia, de matrimonio, de impedimentis matrimonii, de bellis, CXIX, 1163-1200.

PASCHALIS II, papa. — Ad Hildephonsum regem Hispaniarum, Didacum ab ecclesia S. Jacobi Compostellana canonice remotum esse, CLXIII, 33, 34.

Godino Oritano interdicit sub excommunicationis pœna ne Brundusini episcopatus bona sibi vindicet, CLXIII, 34.

Bulla ad Ivonem episcop. Carnotens., ne quis obeunte eo vel ejus successore quolibet domum episcopalem exspoliare, præsumat, CLXIII, 35.

Ivoni Carnotensi et Bannulpho Santonensi episcopis præcipit ne concilii Claromontensis de monasteriorum altariis negligant, CLXIII, 36.

Bulla de unione Ecclesiæ Arausicanæ ad Tricastinam, et aliæ pro dicta unione, CLXIII. 38, 58.

Epistola ad archiepiscopos et episcopos Galliæ, eos infames haberi decernit qui voto astricti Hierosolymitanæ profectioni se subduxerant, vel qui ab obsidione Antiochena inglorii recesserant; eis vero qui, peracta victoria revertuntur, sua restitui jubet, CLXIII, 43.

De destructione Ecclesiæ Compostellanæ, vetat ne clerici Compostellani occasione Hierosolymitani itineris provinciam suam deserant, CLXIII, 45.

De Didaco electo Constantinopolitano consecrando, CLXIII, 63, 64.

Ad Velletranos, abrogat quæ a Guiberto contra fas instituta apud eos erant; eorum limites definit, CLXIII, 66.

Ad Henricum regem Anglorum, contra investituras ecclesiasticas, CLXIII, 70.

Ad Didacum Compostellanum episcop., de reformandis moribus hujus Ecclesiæ deformibus, qui per bella in eam irrepserant, CLXIII, 79.

Ad Bernardum Toletanum, Giraldum Bracarensem, etc., illos jubet Romam ad synodum venire, CLXIII, 80.

Ad Anselmum Cantuariensem archiepiscopum, det operam Anglicanæ Ecclesiæ restaurandæ, et Anglorum regem cum Northmanniæ comite conciliet, CLXIII, 80.

Petro episcopo Pictaviensi præcipit ut monasterio Cluniacensi satisfaciat de abbate S. Cypriani consecrato, ei demque monasterio satisfieri de abbate Malleacensi jubet, CLXIII, 81.

Ad archiepiscop. Bracarens. et episcopos Compostell., et Tudens., Pelagii matrimonium non esse dirimendum, CLXIII, 87.

Ad Anselmum Cantuariens. archiepiscop., ut se constanter gerat in tuenda Ecclesiæ Anglicanæ libertate, CLXIII, 90.

Ad Henricum Anglorum regem, contra investituras ecclesiasticas, CLXIII, 94.

Ad Osbernum episcop., ne monachi prohibeantur habere in monasterio suo cœmeterium ad sepeliendos suos, CLXIII, 95.

Bulla de fundatione monasterii Cheminonensis, CLXIII, 99.

Ad Ivonem episcopum et canonicos Carnotenses, vetat ne pro ecclesiasticis beneficiis munus accipiatur, nec ecclesiastica negotia ad sæculares deferantur, et firmat excommunicationem ab Ivone dictatam de domibus ecclesiæ contiguis, CLXIII, 100.

Ad Anselmum Cantuariensem, investituras regibus aliisque laicis magistratibus non esse concedendas, CLXIII, 105.

Ad eumdem, de investituris ecclesiasticis, de clericorum filiis, de Gualensis episcopi causa, CLXIII, 106.

Ad Gerardum archiepiscopum Eboracensem. monet ut professionem Anselmo Cantuariensi juxta morem prædecessorum suorum faciat, CLXIII, 107.

Ad Robertum Flandrens. comitem, ut Leodienses schismaticos Henrico imperatori adhærentes Ecclesia expellat, CLXIII, 108.

Gundisalvo Mundiniensi episcopo præcipit ut aut archipresbyteratus duos injuste retentos Didaco episcop. Compostellano restituat, aut apud Bernardum archiepiscopum Toletanum, apostolicæ Sedis legatum, causam dicat, CLXIII, 113.

Ad Henricum Angliæ regem, pro Anselmo Cantuariensi archiepiscopo investituras ecclesiasticas jure contra regem propugnante, CLXIII, 119.

Gebhardum Hirsaugiensem et cæteros catholicos abbates et monachos per Sueviam hortatur ut mala æquo animo ferant, et Gebhardum Constantiensem colant, Arnoldum Ecclesiæ Constantiensis invasorem excommunicatum nuntiat, CLXIII, 121.

Ad Guelphonem ducem Bavariæ, Bertholdum ducem Sueviæ, etc., illos ad catholicam Ecclesiam revocat, CLXIII, 121.

Ad Gallos, solvit interdictum cui Eduensis episcopus Vizeliacensem Ecclesiam subjecerat, CLXIII, 122.

GRATIANUS, imperator. — Epistola ad S. Ambrosium. Eum ad se invitat ut se in fide de Filii ac Spiritus sancti divinitate confirmet, etc., XVI, 875. — Constitutio in rebaptizantes, XV, 1181. — Lex ut Patrem, Filium et Spiritum sanctum unam deitatem sub parili majestate et sub pia Trinitate credamus, LVI, 681. — De iis qui super religione contendunt, *ibid.*, 682. — De hæreticis, præsertim de Arianis, Eunomianis et Manichæis, *ibid.*, 682, 683.

GUDELINA, regina. — Gratias agit Theodoræ Augustæ, de legato et epistolis ejus; scribitque se curavisse ut papa senatusque illi per litteras respondeant. Tum dicit se ad illam misisse legatum multis virtutibus et doctrina præditum, LXIX, 811. — Indicat se et Theodaliadum gratiam ejus enixius quærere, et rogat ut in gloriæ ejus societatem veniant, *ibid.*, 812.

GUTHURNUS, Anglorum rex. — Eædem sunt ejus leges ac illæ quæ a nobis dantur ad titulum, EDUARDUS Senior, Anglorum rex, CXXXVIII, 459.

HENRICUS I, Francorum rex — Hugonis avi sui patrisque Roberti donationes monasterio S. Salvii apud Monsterolum factas confirmat, CLI, 1025. — Placitum pro cœnobio Sancti Medardi adversus Rotbertum Codiciacensem, *ibid.*, 1027. — Canonicis Carnotensibus liberum concedit fiscum Unigradium, *ibid.*, 1028. — Adjutus rex ab Alberto abbate in expugnatione Castri Novi, ejus monasterium a jugo advocatorum et vexationibus archidiaconorum absolvit, *ibid.*, 1029. — Erepta e laicorum manu abbatia s. Victoris Nivernensis restauratur, *ibid.*, 1032. — Decretum quo abrogat injustam consuetudinem, ne portæ civitatis Aurelianensis tempore vindemiæ claudantur, nec custodes adhibeantur, *ibid.*, 1056, — nducit canonicos regulares in ecclesiam S. Martini a Campis, a se restauratam, *ibid.*, 1037.

HENRICUS Junior, Romanorum rex. — Epistola ad Eugenium papam, qua episcopum Moguntinum excusat quod concilio Remensi non interfuerit, eumque ad pontificem proficiscentem commendat, CLXXX, 1618. — Pontificis patrocinium precatur, *ibid.*, 1619. — Ut Henricum Moguntinum archipræsulem et alios ad papam transeuntes benigne suscipiat, ducissam Poloniæ ab excommunicatione solvat, et Wibaldum abbatem habeat sibi excommendatum, *ibid.*

HENRICUS (S.) II, imperator Romanorum.— Referemus hic modum quo utebantur reges, quando leges proferebant in medio :

« Henricus, Dei gratia miserationis Romanorum, Imperator, Augustus. Omnibus nostris fidelibus præsentibus etiam et futuris notum fieri volumus, quod semper publicæ providentes quæ digna sunt, probabilium personarum nostri imperii fidelium acceptione disponimus. Cum moraremur in civitate Argentina, quæ vulgari nomine Strasburge vocatur, multorum perlatum est ad nos relatione quod plurimi tunc erant qui sub occasione his periculis laborabant. Unde etiam digna provisione omnibus succurrentes, attestatione laudis quam plurium nobis astantium fidelium, archiepiscoporum, Mediolanensis videlicet et Ravennensis, episcoporum quoque Straburgensis, Placentini, Cumani, Vercellensis, Parmensis, Aquensis, Januensis, Lunensis, Vulterensis, marchionum quoque et comitum Italiensium, nobilium vero multorum, vassallorum, sapientium et judicum inter multa qua rei publicæ congruebant, quædam capitula inseruimus, quæ ut ab omnibus nostro subjectis imperio observentur, stabilique observatione teneantur, amodo et deinceps statuimus, jubemus et firmiter præcipimus. Hæc sunt quæ inviolabiliter observari jubemus :

« I. Quicumque ex quacunque natione legitimam uxorem accepit, vel acceperit, si eam mori contigerit sine filiis eorum amborum, vir suæ uxori succedat, et omnia bona ejus percipiat. — II. Quicunque propter cupiditatem rerum patrem aut matrem, aut fratrem, aut sororem, vel nepotem, vel aliquem suum propinquum per se aut per alium interfecerit, hæreditas interfecti ad alios suos legitimos hæredes perveniat. Interfectoris vero hæreditas in fisco redigatur. Ipse vero ordinante episcopo publica pœnitentia subdetur; quod si ille qui crimine arguitur, negare voluerit, per se pugnam faciat; nec liceat ei campionem pro se dare, nisi decrepita ætas aut juvenilis, aut infirmitas pugnare prohibuerit. — III. Qui vero infra trevam, vel datum pacis osculum aliquem hominem interfecerit et negare voluerit, pugnam per se faciat, nec campionem pro se dabit, nisi si, ut modo iximus. Si vero convictus fuerit, manum qua homicidium cit amittat. » — CXL, 223, 227.

DECRETA. — Ut nullus in clero mulierem attingat; ut scopus nullam feminam habeat, neque cum aliqua habitet; ut filii clericorum, servorum Ecclesiæ servi sint ecclesiæ cum omnibus acquisitis; ut filiis clericorum, servorum Ecclesiæ, nullus judex libertatem promittat; ut servi ecclesiarum per manus liberi nihil acquirant; ut ille qui chartam per suas manus accipit, finem ecclesiæ faciat; ut nullus judex aut tabellio chartas scribant, quas servi ecclesiæ per manus liberi acquirunt, CXL, 226, 230. — Lex qua clerici jurare non audeant hoc est quod decernitur ut non episcopus, non abbas, non presbyter, non cujuscunque ordinis clericus, non aliquis monachus vel sanctimonialis, in quacunque controversia, sive criminali sive civili, jusjurandum compellatur, qualibet ratione subire sed suis idoneis advocatis officium hoc liceat delegare, *ibid.*, 230. — Sententia de conjugio clericorum et pactum cum Benedicto VIII, *ibid.*, 231, 233. — Præceptum cœnobitis Remigianis concessum, *ibid.*, 237. — Henrici regis præceptum per quod Burchardo Wormatiensis episcopo attribuit omne prædium quod Otto dux in ipso civitate obtinebat, *ibid.*, 245. — Monasterium Steinense, ex Duellio translatum, ab Henrico II imperatore dotatur, et ecclesiæ Bambergensi subjicitur, *ibid.*, 261. — Confirmat fundationem collegii canonicorum in ecclesia Sanctæ Crucis Leodii, facta per Notgerum episcopum Leodiensem, *ibid.*, 264. — Præceptum per quod universas Ecclesiæ Wormaticensis possessiones eidem confirmat, aliasque superaddit, *ibid.*, 268. — Varias abbatias confirmat Notgero Leodiensi episcopo et ejus successoribus, *ibid.*, 269. — Decretum quo Ecclesiæ metropolitanæ Cameracensi ac Heluino episcopo ejusque successoribus donat comitatum Cameracensem, *ibid.*, 273. — Litteræ de erecto a se episcopatu Bambergense, *ibid.* — Præceptum per quod Ecclesiæ Wormatiensi attribuit quidquid Becelinus comes in beneficium possedit, *ibid.*, 278. — Præceptum pro abbatia Clessensi Sancti Apollinaris, *ibid.*, 286. — Præceptum per quod Wormaticensem Ecclesiam inter et cœnobium Laurisheimense controversiam, ratione Forestif Odenwalt dirimit, *ibid.*, 297. — Præceptum per quod Wormatiensem Ecclesiam adversus iniquas comitum provincialium incursiones tuetur, *ibid.*, 316. — Sententia contra comites et marchiones Estenses, ipsius imperio obtemperare recusantes, *ibid.*, 318. — Concessio Henrici regis de moneta et mercatu, *ibid.*, 350. — Præcepta pro abbatia Protoliæ, et — pro Hilderado abbate Prantensis monasterii, *ibid.*, 351, Ecclesiæ Paderbonsi prædia quædam confert, *ibid.*, 336.

HENRICUS III, imper. — Constitutio de juramento calumniæ, CLI, 1082. — Conventus Turicensis, in quo eduntur constitutiones de contemptoribus imperatoris, de veneficiis, et de beneficiis amittendis, *ibid.*, 1082.

HENRICUS IV, imper. — Conventus Oppenheimensis, hoc est promissio quam fecit Hildebrando, seu Gregorio VII papæ, CLI, 1125. — Conventus Tricinensis, seu de præcepto ac firma fidelitate Henrici IV contra deprædatores et scacchatores regni sui, *ibid.*, 1426. — Conventus Moguntinus, seu constitutio pacis Dei promulgata et juramentum pacis Dei, *ibid.*, 1128, 1134. — Constitutio pacis generalis, *ibid.*, 1137. — Constitutio pacis provincialis et in diœcesi Constantiensi, *ibid.*, 1137, 1139, — Conventus Ratisponensis, de modo quo sustentandi sunt advocati quando functiones exercent in locis sibi competentibus, *ibid.*, 1140.

HENRICUS V, imper. — De decimis et oblationibus sacerdotibus erogandis, CLX, 236.

HENRICUS dux Saxoniæ. — Epistola ad Eugenium papam. Wibaldi abbatis Stabulensis merite prædicat, oratque ut pontifex ratam habeat Kaminadæ unionem ad Corbiense monasterium, CLXXX, 1621.

HENRICUS, comes Namurcensis. — Epistola ad Eugenium papam, qua significat se paratum esse ea observare quæ Treveris in curia papæ ordinata fuerant, de causa quæ ipsum inter et archidiaconum Virdunensem vertebatur, CLXXX, 1622.

HOELIDHA, Walliæ princeps et totius Cambriæ. — Iste videns suos Walenses insolenter legibus abuti, ascivit de qualibet centuria totius regni sui sex laicos viros auctoritate et scientia pollentes, et omnes ecclesiasticos dignitate baculosos, vel archiepiscopos, vel episcopos, abbates, vel priores de regno suo ad locum qui dicitur.... Rex autem et congregati morati sunt ibidem per totam Quadragesimam, orantes Altissimum per jejunium perfectum, petendo gratiam ad bona facienda secundum regis propositum, et de congregatis elegit rex duodecim laicos doctissimos, et unum clericum doctrissimum, ad leges sibi instruendas et usus, ut propinquius posset ad veritatem et justitiam intendi, et in tres partes scribi præcepit, quarum prima lex curiæ suæ quotidianæ, secunda lex patriæ, tertia usus utriusque. Tres autem libros præcepit fieri consimiles, unum ad curiam suam

quotidianam sequi semper, et alium ad curiam de Dihewr, et tertium ad curiam de Abefrau, vel qualibet de tribus partibus Cambriæ haberet in se auctoritatem legis, ad opus paratam. Hæ leges ad mores spectantes, suis principiis innixæ numero XL, legantur in volnmine, CXXXVIII, 471, 479.

HONORIUS imper. — Leges quibus pœnas adversus Donatistas aliosque hæreticos latas renovat, XI, 1216, 1217, 1218, 1219, 1220. — Lex qua abrogat edictum quo hæreticis concussa fuerat libertas, *ibid.*, 1222. — Contra Donatistas, *ibid.*, 1427, 1428, 1430. — Lex adversus irruentes in Ecclesias, XI, 1192. — Leges in rebaptizantes, *ibid.*, 1204, 1205, 1208, 1216. — De edicto unitatis per Aricam proponendo, *ibid.*, 1311. — Leges quibus multa statuuntur in Donatistas, *ibid.*, 1212, 1420. — Epist. ad Arcadium principem Orientis, dolet Honorius de iis quæ in die Paschæ Constantinopolis perpetrata sunt. Templi Augusti et senatus incendium primum esse divinæ iracundiæ indicium. Alia metuenda esse nisi Deus placetur. Hac de retacere se non posse, ne silentium pro assensu habeatur, quam præpropere dum episcopale judicium exspectabatur, in exsilium pulsi sunt sacri antistites. Hinc religionis perturbationem inductam, et latum hæresibus atque schismatibus campum apertum esse, XX, 507. — Epistola ad Arcadium Augustum, ut synodum Thessalonicæ cogi eoque Theophilum Alexandriæ episcopum se conferre jubeat, *ibid.*, 511. — Præscriptum ad Bonifacium papam, in quo imperator statuit, ut si denuo Romæ duo episcopi ordinati fuerint, ambo de civitate pellantur, *ibid.*, 767. — Decreta de pertrahendis ad judices competentes sectatoribus hæreseon Cœlestii ei Pelagii, LVI, 490, 493.

HUNERICUS rex. — Hujus præceptum Eugenio Carthaginensi cæterisque episcopis cathoiicis per universam Africam constitutis directum ut ad fidei suæ reddendam rationem Carthaginem veniant, LVIII, 213. — Ut ad collationem communis fidei habendam etiam transmarini episcopi vocentur, *ibid.*, 214.

INGEBURGIS, Francorum regina. — Epistola ad Cœlestinum III papam, quod ipsa neglecta, rex adhæserit filiæ ducis de Merania, CCVI, 1277.

JULIANUS apostata, imper. — Rescriptum in gratiam Donatistarum, XI, 1179. — Quam fuerit Christianis infensus, LXIX, 1033. — Quod initio imperii sui magis pepercerit Christianis, *ibid.*, 1034. — Quod eos qui fuerant a Constantio deportati revocaverit et de vexatione ecclesiasticorum et populi Christiani, *ibid.*

JULIANUS avunculus Juliani apostatæ. — Quomodo ecclesias clauserit, et Ecclesiæ ornamenta diripuerit. LXIX, 1036.

JUNIUS præfectus prætorio. — Edictum contra Pelagium, LVI, 492.

JUSTINIANUS imper. — Justinianus natus est anno 483. Avunculum habuit Justinum Augustum a quo in Castello Boderiano summa cura educatus est et in filium adoptatus. Nondum imperator, Theodoram orta Cypriam uxorem duxit, feminam insolentem et Eutychianæ hæresi perdite addictam. An. 518, a Justino imperatore magister militum factus est, et in Orientem cum exercitu missus, rem contra Persas bene gessit. An. 521, consulatum obiit, mox patricius, deinde nobilissimus, ac tandem an. 527, Augustus renuntiatus, cum avunculo regnare cœpit; quo defuncto eodem anno imperium deinceps solus tenuit. An. 528, edictum promulgavit quo, Nestorianos et Eutichianos tanquam hæreticos pœnis civilibus multandos decrevit, eodem post quinquennium renovato. An. 541, Origenem ipse edicto damnavit, et habita mox sub Memma synodo Constantinopoli, illum cum sectatoribus anathemate percutiendum curavit. An. 545, edita constitutione, Tria Capitula damnavit, quod et exeunte sequente anno synodus Constantinopolitana itidem fecit. An. 553, concilium œcumenicum Constantinopoli habendum indixit, in quo a Patribus, et Tria Capitula damnarentur postulavit et obtinuit. An 563, fatiscentibus cum corpore animi viribus, ab hæreticis quibusdam delusus, edictum constituit, quo Christia corpus pari modo ante ac post resurrectionem corruptionis ac naturalium affectionum expers fuisse docuit; utque sententiæ suæ omnes episcopi subscriberent mandavit episcopos Orientales ad Anastasii Antiocheni sententiam provocantes gravissime afflixit; ipsum vero Anastasium et Eutychium patriarchas Constantinopolitanum constanter reluctantes suis sedibus exturbavit et in exsilium deportari jussit. Hujusmodi deliriis intentus, rebus humanis exemptus est anno 565.

Non deerant olim, nec desunt hodie qui in hunc principem tota calumniarum et conviciorum plaustra exonerant, verbi gratia, cardinalis Baronius, de quo, ut fides habeatur, quædam lectori ob oculos ponenda sunt: «Fuit, inquit, Justinianus homo penitus illitteratus, adeo ut nec alphabetum aliquando didicisset. Sacrilegus imperator, qui non levem persecutionem excitavit, furore percitus, mente dimotus, corruptus maligno spiritu, agitatus a Satana quique omnem in Ecclesia ordinem dissolvit, facitque ex regno cœlorum ergastulum inferorum. » Hujus critices acrimonia redolet hominem anglicanum. Attamen de eximiis Justiniani virtutibus perplura sunt veterum testimonia. Procopius de doctrina ejus et pietate hæc habet: « Solitum eum tam libros de divinis rebus agentes pervolutare, tunc de iisdem colloquia cum episcopis et presbyteris in multam noctem perirahere; in moro semper ei fuisse multis ante Pascha dierum hebdomadibus corpus vigiliis, et inediis plusquam asceticis macerare, semel in biduo cibum capere, vino, pane aliisque cibariis penitus abstinuisse, herbis tantum sale et aceto conditis, atque aqua contentum. » Agatho papa hoc de illo testimonium profert: « Et præ omnibus, inquit, æmulator vere apostolicæ fidei præ memoriæ Justinianus Augustus, cujus fidei rectitudo, quantum pro sincera confessione Deo placuit, tantum rempublicam Christianam exaltavit, et usque ab omnibus gentibus ejus religiosa memoria veneratione digna censetur, cujus fidei rectitudo per augustissima ejus edicta in toto orbe diffusa laudatur. »

Decretum contra hæreticos, LXIX, 30. — Liber adversus Origenem, id est, tractatus adversus impium Origenem et nefarias ejus sententias, *ibid.*, 177. — Confessio rectæ fidei adversus tria capitula, *ibid.*, 225. — Epistola de Theodosio Mopsuesteno et reliquis, *ibid.*, 268. — Epistola adversus impium Theodorum atque iniqua ejus dogmata, et epistolam Ibæ, et alios libros contra fidem catholicam pugnantes, *ibid.*, 273. — Epistola ad Agapetum. More majorum suorum apud pontificem Romanum recens electum suæ fidei professionem edit., LXVI, 31. — Exemplar precum Justiniani, *ibid.*, 41. — Secunda fidei professio Agapeto oblata, *ibid.*, 42.

Novella, ut determinatus sit numerus clericorum sanctissimæ majoris ecclesiæ, neque non cæterarum sanctissimarum ecclesiarum hujus augustissimæ Urbis, LXXII, 921. — Novella de monasteriis et monachis et eorum antistibus, *ibid.*, 926. — Novella quomodo oporteat episcopos et cæteros clericos ad ordinationem perduci, et de expensis ecclesiarum, *ibid.*, 936. — Novella de non alienandis aut permutandis rebus ecclesiasticis immobilibus, aut in specialem hypothecam dandis creditoribus, sed ut sufficiant generales hypothecæ, *ibid.*, 938. — Novella ut præsides absque nulla datione pecuniæ ad officia mittantur, *ibid.* — Edictum ubique locorum constitutis amantissimis archiepiscopis religiosissimis que patriarchis conscriptum, *ibid.*, 957. — Novella de jurejurando, quod præstari solet ab iis qui officia suscipiunt, *ibid.*, 964. — Novella de referendariis sacri palatii, *ibid.*, 965. — Novella de defensoribus civitatem, *ibid.*, 966. — Novella ut clerici ex una ecclesia in aliam transferantur ad supplendum deficientium statutum munerum, *ibid.*, 970. — Novella de Armeniis, ut et ipsi per omnia Romanas sequantur leges, *ibid.*, 971. — Novella de ecclesiis constitutis in Africa, *ibid.*, 972. — Novella ut Anthimus, Severus, Petrus, Zooras et reliqui hæretici ecclesiastico gradu detrahantur, *ibid.*, 973. — Constitutio sacra contra Anthimum, Severum, Petrum et Zooram, *ibid.*, 975. — Novella de officiis sive tabernis Constantinopolitanæ Urbis, et ut mille tantum et centum officinæ sacro sanctæ majoris ecclesiæ excusentur; omnes reliquiæ, ad quemcunque dominum pertineant, consueta habeant munia, *ibid.*, 973. — Novella ne Judæi, Samaritani et hæretici, per causam religionis et cultus sui curiali fortuna liberentur, sed cum curialibus muneribus subdentur privilegiis eorum non perfruantur. Item ut iidem possint contra orthodoxos qui curiali fortunæ subditi sunt testimonium dicere, ut qui præclare pro orthodoxa republica testimonium perhibeant, *ibid.*, 986. — Novella de ecclesiasticarum rerum immobilium alienatione et solutione, *ibid.*, 987. — Novella ut de cætero commutationes ecclesiasticarum rerum non fictæ fiant ad pissimum imperatorem, et hoc modo ad alias personas legitimas transeuntes, sed hæc tantummodo fiant ad imperialem domum. Et ut liceat perpetuas emphyteuses agi ab oratoriis in oratoria decreto videlicet interposito, excepta hac majore ecclesia, ne tamen in privatam personam transeat emphyteusis., *ibid.*, 898. — Novella ut ea quæ vocantur insinuativa super clericis in majore quidem ecclesia dentur, in aliis autem ecclesiis penitus non dentur, *ibid.*, 990. — Novella ut in privatis domibus sacra mysteria non fiant, *ibid.*; 991. — Novella de clericis qui a suis destituerunt ecclesiis; item de his qui oratoria ædificant, *ibid.*, 992. — Novella de exsequiis, quos fieri oporteat in defunctorum funerationibus, *ibid.*, 995. — Novella de his quæ

relicta sunt ecclesiæ Mysiæ, *ibid.*, 998. — Novella ne quis oratorium citra scientiam episcopi ædificet; et ut prius definiat quæ ad curam et institutionem oratorii ædificandi necessaria futura sint; et ne episcopi absint a suis ecclesiis, ac de alienatione immobilium rerum ecclesiasticarum, XX, 999. — Novella de his qui ingrediuntur monasteria et substantias suas consecrant, et ex quo ipsam tempore valere oporteat, *ibid.*, 1000. — Novella ut qui contra naturam luxuriantur ut per Deum adjurant, item blasphemias in Deum ingerunt afficiantur supplicio, *ibid.*, 1001. — Novella apud quos oporteat litigare monachos et ascetrias, *ibid.*, 1002. — Constitutio quæ per dignitates et episcopale munus filios liberat potestate patria, *ibid.*, 1004. — Novella ut clerici apud proprios episcopos primum conveniantur, et post hoc apud judices civiles, *ibid.*, 1006. — Novella ut præsides qui interpellantis allegata audire differunt, compellantur id facere ab episcopis. Et ut si quis præsidem suspectum habet in cognitionem litis adhibeat societque etiam civitatis episcopum, etc, *ibid.*, 1007. — Novella de mulieribus fide hæreticis, *ibid.*, 1009. — Novella de tempore actionum quæ sacris locis competunt, *ibid.*, 1011. — Novella de alienatione et emphyteusi rerum ecclesiasticarum, *ibid.* — Novella de ecclesiasticis diversis capitulis, *ibid.*, 1019. — Novella de ecclesiasticis canonibus et privilegiis quæ sacrosanctas spectant ecclesias, *ibid.*, 1039. — Novella, edictum de fide, Constantinopolitanis, *ibid.*, 1044. — Novella de monachis et asceticis et eorum conversatione, *ibid.* — Novella de Samaritanis, *ibid.*, 1050. — Novella de Hebræis, quomodo oporteat eos Scripturas legere, *ibid.*, 1051. — Leges selectæ quibus Ecclesiæ res tractavit, vel suam in Deum pietatem testatus est; de episcopis et clericis, *ibid.*, 1033, 1072. — De episcopali audientia et diversis capitulis quæ ad jus curamque et reverentiam pertinent pontificalem, *ibid.*, 1073, 1085. — De hæreticis, monachis et Samaritanis, *ibid.*, 1086, 1088. — De veteri jure enucleando et de auctoritate juri prudentium qui in digestis referuntur, *ibid.*, 1089, 1100. — De officio præfecti prætorii Africæ, et de omni ejusdem diœceseos statu, *ibid.*, 1101.

JUSTINUS, imperator. — Epistola ad Hormisdam papam, Joannem episcopum catholicam fidem amplexum hæreticos anathematizasse atque nomen Acacii, cum aliorum schismaticorum nominibus, e sacris tabulis expunctum esse, LXIII, 448. — Cum jam Ecclesia pace fruatur, pro imperatore ad Deum preces fundendæ, *ibid.*, 450.

KAROLUS II, Francorum rex. — Juramentum lingua Theudisca, CXXXVIII, 528. — De regimine diœcesano ab episcopis gerendo, et quomodo, *ibid.*, 530. — De sæculari et regulari Ecclesiæ regimine, *ibid.*, 540. — De variis rebus quæ ad regimen ecclesiæ et ductum episcoporum spectant, *ibid.*, 443-554.

KAROLUS II. — Pactum Argentoratense, CXXXVIII, 527. — Decreta in conventu villæ Coloniæ constituta, *ibid.* — Decreta in synodo apud Tolosam facta, *ibid.*, 531. — Decreta in conventu Theodonis villæ constituta, *ibid.* 533. — Decreta in concilio Palatii Verni statuta, *ibid.*, 539.

Ut horum et similium decretorum notionem referemus quædam decreta:

Decreta conventus in villa Sparnaci. — De honore et cultu ecclesiarum, CXXXVIII, 317. — De honore episcoporum et veneratione servorum Dei; de justitia; et cautela fiat erga eos qui causa juventutis aut insipientiæ in aliquo fallunt, sive contemnunt admonitionem episcoporum, ne subito aut incaute damnentur anathemate; de his qui contra regiam potestatem contumaces esse moliuntur; de precariis, de hospitalibus; de rapacibus; ut episcopis tempus congruum observetur ad ministerium suum peragendum; ut clerici arma militaria non contingant; ut missi dirigantur qui inquirant, si præcepta de rebus ecclesiasticis ad proprium sint facta; de hæresi simoniaca; ut a nullo sedes episcopalis, proprio infirmante episcopo usurpeter; ut canonici infra Dormitorium dormiant; ut monachi ad Palatium non veniant, nisi causa obedientiæ, exceptis abbatibus; ut laici decimas de ecclesiis non contingant; de sanctimonialibus contra auctoritatem nuptis; de sponsis aliorum; de sepulturis infra ecclesiam, *ibid.*, 347. — De pace et concordia atque unanimitate, *ibid.*, 553.

Decreta statuta in conventu Ticinensi et Marsnam, CXXXVIII, 558-575. — Decreta conventus Moguntini, scilicet de concordia episcoporum comitumque fidelium; de potestate episcoporum, *ibid.*, 581. — De decimis exquirendis; ut nullus audeat immunitates infringere, *ibid.*, 582, 583. — Ut episcopi venationem non exerceant, *ibid.*, 584. — De continentia presbyterorum; de excusatione presbyterorum et diaconorum, *ibid.*, 585. — De infantibus oppressis; de adulterio; de homicidio; de concubinis, *ibid.*, 386, 587. — De operibus servilibus quæ diebus dominicis non sunt agenda, *ibid.*, 587. — De his qui uxorem habent et concubinam, de parvulis infra baptizandis; ut nullus presbyter alii suam parochiam intervenire præsumat, ut nullus alterius clericum sollicitet; ut nullus presbyter munera dare præsumat ut alterius ecclesiam subripiat, *ibid.*, 587-589. — Decreta in synodo apud Vermeriam, *ibid.*, 595. — Decreta in synodo apud Valentianas, *ibid.*, 599. — Decreta conventus apud Leudicum, *ibid.*, 605. — Decreta conventus Attiniacensis, *ibid.*, 607, 609, 617. Capitula ad Francos et Aquitanos missa de Carisiaco, *ibid.*, 631, 637. — Decreta statuta in conventu apud Sanctum Quintinum, *ibid.*, 650. — Decreta statuta in conventu Carisiacensi, *ibid.*, 651. — Decreta statuta in concilio Mettensi, *ibid.*, 653. — Decreta statuta in conventu apud Saponarias, *ibid.*, 657. — Decreta statuta in conventu apud Carisiacum, *ibid.*, 681. — Decreta statuta in synodo Pistensi, *ibid.*, 683. — Decreta statuta in conventu ad Sablonarias, *ibid*, 691. — Pactum Tusiacense, *ibid.*, 717. — Decreta statuta in conventu Estensi, *ibid.*, 731. — Decreta statuta in conventu apud Pistas, *ibid.* — De pactione Aquensi, *ibid.*, 741. — In conventu in villa Gundulfi, *ibid.*, 745. — Capitulare Carisiacense, *ibid.*, 745, 773. — De conventu Attiniacense *ibid.*, 751. — Capitula diversa de personis ecclesiasticis *ibid.*, 753, 761. — De synodo Pontigonensi, *ibid.* — Edictum de tributo Northmannico, *ibid.*, 771. — Decreta statuta in conventu Furonensi, *ibid.* 785. — Decreta statuta in conventu Confluentiæ, *ibid.*, 817.

KARLOMANUS rex. — Communi fidelium nostrorum consilio statutum habemus, et rapinam nullus deinceps faciat, aut facienti consentiat, *ibid.*, 791. — Ut rapina quæ retro est acta, cum omni diligentia emendetur, et condignam pro hoc Harmiscaram is qui eam fecit sustineat. — Ut si quis post hunc conventum et bannum nostrum rapinam faciens inventus fuerit, is cujus homo eam fecerit, eam ad legalem emendationem in præsentiam nostram adducat; quod si eum adducere non potuerit, pro eo secundum statuta legum emende. Eum autem qui justitiam fugerit, sciant omnes esse forbannitum, ita ut nullus eum nisi ad præsentandrum recipiat, *ibid.*, 791. — Ejusdem imperatoris capitula apud Vernis Palatium, *ibid.*

LAMBERTUS imperator. — ***Conventus Ravennat.*:** Si quis sanctorum Patrum regulas contempserit et gloriosissimorum imperatorum, quæ de ecclesiasticis decimis in eorum capitularibus statuta atque sancta sunt, non observaverit; et qui dat ei qui recipit, auctoritate sanctæ Sedis apostolicæ et sanctione sanctæ synodi excommunicationi subjaceat, CXXXVIII, 809.—Si quis Romanus, *cujuscunque* sit ordinis, sive de clero, sive de senatu, seu de quocunque ordine gratis ad imperialem majestatem venire voluerit, aut necessitate compulsus ad nos voluerit reclamare; nullus ei contradicere præsumat, et neque eorum res quispiam invadere vel deprædari, aut eorum personas in eundo vel redeundo vel morando inquietare præsumat, donec liceat imperatoriæ potestati eorum causas aut personas aut per missos deliberare. Qui autem eos inquietare eundo, redeundo vel morando tentaverit, vel eorum quidpiam rerum auferre, postquam per misericordiam se proclamaverint, imperialis ultionis incurrat indignationem, *ibid.*, 811. — Ut privilegium sanctæ Romanæ ecclesiæ, quod a priscis temporibus per piissimos imperatores stabilitum atque firmatum est, ita nunc firmetur et sicut condecet immutilatum servetur, ac sancta Romana ecclesia mater nostra exaltetur, protegatur, ac defendatur, *ibid.*, 811. — Ut synodus quæ in basilica B. Petri apostoli pro nonnullis malis eradicandis et maxime pro causa... imperiali consensu, etc., *ibid.*

Capitulare. — Ut comes inter honores suos rapinam exercitus legi subjiciat, *ibid.*, 812. — Ut imperiales homines ad colloquium sive servitium imperatoris properantes suis stipendiis sint contenti, *ibid.*, 813.—Ut nullus comitum Arimannos in beneficia suis hominibus tribuat. — Ut homines comitum nullatenus in domibus Arimannorum resideant, sed domos reipublicæ instaurent ibique resideant. — Ut scriptoribus publicis nullatenus interdicatur res Arimannorum transcribere, si quando eis fuerit opportunum. Quod si occasione vitandi exercitus aut placitum venditæ fuerint, et ipsi eas pendere supersederint, exigatur ab eis utrumque, sicut ante transcriptionem, CXXXVIII, 813. — Ut ipsi Arimanni frequentius quam in lege statutum est, ad placitum ire non cogantur, nec a comitibus nec a sculdasiis. — Ut bannum missi exercitus imperialis solummodo exigant. — Ut passus imperatoris ab episcopis et comitibus, secundum antiquam consuetudinem solvatur. Quod si nostro tempore fiscus comitalis in jus conversus est ecclesiasticum, sugeatur stipendium imperiale ab ecclesia, juxta

quod res publicæ fuerint minoratæ. — Ut omnis decimatio ab episcopis, vel his qui ab eo substituti sunt præbeatur, nullasque eam ad suam capellam, nisi forte concessione episcopi, conferat. Quod si fecisse contigerit, primum legibus subjaceat humanis, postea excommunicatione populi constrictus, ad ultimum ipsa capella, quæ magis contentionem quam utilitatem aliquam præstat, destruatur. — Ut plebes ecclesiæ nullatenus aut comitibus, aut episcoporum vassallis, aut ullis laicis in beneficia tribuantur. — Ut in domibus ecclesiarum neque missus, neque comes, vel judex quasi pro consuetudine neque placitum neque hospitium vindicent, sed in publicis vicis domos constituant, in quibus placitum teneant, et secundum antiquam consuetudinem hospitentur, *ibid.*, 814. — Ut singulæ plebes archipresbyterum habeant. Propter assiduam ergo populi Dei curam singulis plebibus archipresbyteros præesse volumus, qui non solum imperiti vulgi sollicitudinem gerant, verum etiam eorum presbyterorum qui per minores titulos habitant, vitam jugi circumspectione custodiant, et qua unusquisque industria divinum opus exerceat, episcopo suo renuntient. Nec obtendat episcopus non egere plebem archipresbitero. Quod si ipse gubernare valeat, quia est valde idoneus, decet tamen ut partietur onera sua, et sicut ipse matrici præest, ita presbyterii præsint plebibus, ut in nullo titubet ecclesiastica sollicitudo. Cuncta tamen ad episcopum referant, nec aliquid contra ejus decretum ordine præsumant, *ibid.*

LANDULPHUS, Beneventanus princeps. — Constitutio cum Gregorio VII papa, CXLVIII, 301.

LEOTALDUS, comes Matisconensis. — Donatio ab illo facta monasterio Cluniacensi, CXXXIII, 841.

LICINIA EUDOXIA Augusta. — Epistola ad Theodosium imperator., de Ecclesiæ catholicæ perturbatione, LIV, 861.

LIUTRANDUS, Langobardorum rex. — Decretum quo statuuntur census persolvendi a Comaclensibus in sale advehendo per portus Langobardiæ, LXXXVII, 1343. — Judicatum quorumdam episcoporum jussu hujus regis congregatorum ad dirimendam controversiam de quibusdam parœciis, vertentem inter episcopum Arretinum et Senensem, cum sententia in favorem Arretini antistitis, *ibid.*, 1354. — Decretum regis ea de re, *ibid.*, 1353.

LOTHARIUS I, rex. Constitutiones Olonnenses, an. 823, XCVII, 477. — Capitulare episcopis datum, *ibid.*, 455. — Constitutio Romana, *ibid.*, 457. — Constitutiones in Maringo (825), *ibid.*, 461. — Capitula Aquisgranensia (825), *ibid.*, 463. — Constitutiones Olonenses (825), *ibid.*, 473. — Capitula excepta (826), *ibid.*, 481, et 487. — Varia alia capitula mixta cum Capitulis Caroli Magni et Lotharii I imperatorum, *ibid.*, 489, 675.

LOTHARIUS Francorum rex. — Epistola ad Nicolaum papam. Conqueritur quod pontifex nimium de ipso ejus æmulis credat. Dolere se significat de Theusgaudi et Guntharii excommunicatione. Cæterum purgans se de omnibus, paratum se ostendit coram pontifice adversariorum calumnias refellere, CXXI, 371. — Epistola ad eumdem, ut excommunicationem ob consortium cum Waldrada comminatem effugiat, suum ad Nicolaum, Romam adventum nuntiat, et ut eum spe bona ludificet episcoporum ad eumdem legationem decernit et auxilium contra Saracenos, si opus sit, ei pollicetur, *ibid.*, 374. — Epist. ad Adrianum II papam. De Nicolai obitu certior factus, has litteras ad ejus successorem Adrianum scribit, rogans ut quod a Nicolao obtinere non potuit, ab eo impetraret, suum Romæ adventum, *ibid.*, 376. — Charta de S. Amando Cluniacensi monasterio concesso tempore Maioli abbatis, CXXXVII, 779. — Edictum quo Eboni Remorum archiepiscopo sedem et diœcesim Remorum restituit, CXXXVIII, 525. — Decreta de bono pacis in religionis exercitio, *ibid.*, 554. — Epistola ad Innocentium II papam. Conqueritur de Hugone archiepiscopo Rothomagensi quod obedientiam ab abbatibus exigat, CLXXIX, 669.

Conventus ad Theodonis villam. — Sic iste imperator suas leges orditur : « Novis sanctæ Ecclesiæ ab exordio suo variis sæpe perturbationibus mersa, sed excitato fidelium precibus gubernatore suo Christo nunquam est usquequaque demersa. Quæ quondam etiam, ut nunc videtur, pene collapsa, progenitorium regum studio et devotione, est auctore Deo juxta modum divinitus concessum recuperata. Unde immensas Domino Deo nostro laudes referimus, qui et corda vestra ad intentionem similem excitavit. Et post vestigia patrum vestrorum, quibus per temporale regnum ad æternum perveniatis ire velle docuit et inspiravit. Vestræ nihilhominus nobilissimæ dominationi multimodas gratiarum actiones rependimus, quia ad evitandum et vestrum et nostrum periculum, et ad communem totiusque populi providendum salvationem, bonam et beneplacitam Dei voluntatem subsequi, et divinum consilium, secundum præceptum Domini quo dicitur : « Interroga sacerdotes legem meam, » et « Interroga patres tuos et annuntiabunt tibi, » a nobis quanquam indignis, Christi tamen vicariis quærere et benigna devotione velut severa ex ore ipsius Dei exspectare dignamini. Quod humilitatis vestræ supernum donum sancta Ecclesia cum tanto gaudio suscipit, ut de vobis etiam in consolatione sua sibi dictum a Domino aptare velit : « Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, » id est pro istorum progenitoribus, qui in paterno affectu ditaverunt et ampliaverunt ac coluerunt, nati sunt tibi isti filii qui in te et paterna munera resarciant, recuperent et conservent, et fideli devotione et bonæ indolis adolescentes me super eos intendente, eisque manum solatii porrigente, tueantur et excolant, CXXXVIII, 535... sequantur leges, *ibid.*, 536 *et seqq.*

LOTHARIUS II imperator. — *Sacramentum regis :* Et ego, quantum sciero et rationabiliter potuero, Domino adjuvante, unumquemque vestrum secundum suum ordinem et personam honorabo et salvabo, et honoratum ac salvum absque ullo dolo ac damnatione vel deceptione conservabo, et unicuique competentem legem et justitiam conservabo. Et qui illam necesse habuerit et rationabiliter petierit, rationabilem misericordiam exhibebo, sicut fidelis rex suos fideles per rectum honorare et salvare, et unicuique competentem legem et justitiam in unoquoque ordine conservare et indigentibus et rationabiliter petentibus rationabilem misericordiam debet impendere. Et pro nullo homine ab hoc, quantum dimittit humana fragilitas, per studium aut malevolentiam, vel alicujus indebitum hortamentum deviabo, quantum mihi Deus intellectum et possibilitatem donaverit, et si per fragilitatem contra hoc mihi subreptum fuerit, cum hoc recognovero, voluntarie illud emendare curabo, CXXXVIII, 632. — Et diversa sunt decreta ecclesiastica a col. 633 ad 671, *ibid.*

Tantum quædam hic submittemus decreta hujus regis : *Capitula ab omnibus conservanda.* — Ut omnium præteritorum malorum et contrarietatum, et supplantationum et malorum machinationum, atque molitionum seu nocimentorum invicem actorum, abolitio ita inter nos et apud nos fiat, et a nostris cordibus penitus avellatur cum omni malitia et rancore et nec in memoriam ad retribuendum duntaxat mali vel contrarietatis, atque exprobrationis seu improperii, de cætero exinde quiddam veniat. — Ut tanta inter nos, Domino cooperante, veræ charitatis benignitas abhinc inante semper maneat de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, sine dolo et simulatione, ut nemo suo pari suum regnum aut suos fideles, vel quod ad salutem sive prosperitatem se honorem regium pertinet, discupiat aut forconsiliet, aut per occultos susurrones libenter composita mendaria seu detractiones acceptet, CXXXVIII, 671 *et seqq.*, usque ad col. 676.

LUDOVICUS I, PIUS rex Francorum. — Capitulare, (816), XCVII, 371. — Constitutio de liberis et vassalis, *ibid.*, 371. — Constitutiones Aquisgranenses (817), *ibid.*, 373. — Capitula monachorum (817), *ibid.*, 379. — Capitulare Aquisgranense generale (817), *ibid.*, 393. — Encyclica ad archiepiscopos (817), *ibid.*, 417. — Constitutio de servitio monasteriorum (817), *ibid.*, 423.—Capitula legi Valicæ addita (819), *ibid.*, 437. — Responsa missa cuidam data (819), *ibid.*, 439. — Capitula Longobardica (819), *ibid.*, 441. — Capitulare Aquisgranense (820), *ibid.* — Capitulare ad Theodoris villam (821), *ibid.*, 443. — Capitulare Attiniacense (822), *ibid.*, 445. — Præceptum de regalibus confirmandis papæ, XCVIII, 579. — Varia alia capitula mista cum capitulis Caroli Magni et Lotharii I, imperatorum, *ibid.*, 489, 675.

LUDOVICUS PIUS. — Charta de libertate Ariorum et Sagmaciorum, CII, 979. — Epistola ad Magnum archiepiscop. Senonens Mittit exemplum regulæ canonicorum decretæ in concilio Aquisgranensi, CIV, 1309. — Epist. ad Hieremiam Senonensem et Jonam Aurelianensem episcop. Commonitorum ipsis datum, cum legati Romam irent ad Eugenium II papam in causa imaginum, *ibid.*, 1316. — Epistola ad Eugenium II papam Ei mittit acta synodi Parisiensis, *ibid.*, 1317. — Epistola generaliter populo Dei legenda, de convocatione quatuor conciliorum *ibid.*, 1319. — Epistola Cæsarea generaliter populo Dei legenda, quam ex placito Aquisgranensi misit de conciliis episcoporum in quatuor imperii partibus congregandis, *ibid.*, 1321. — Epistola ad Aldricum episcop. Cenomanensem de quibusdam rebus alienatis ejus ecclesiæ, *ibid.*, 1526. — Epist. ad Hilduinum abbat S. Dionysii. De colligendis in unum corpus iis quæ in Græcorum historiis de S. Dionysio passim scripta repererat *ibid.*, 1226,

1328. — Præceptum de missione S. Anscharii ejusque ordinatione, CXVIII, 1033.

LUDOVICUS II, Francorum rex. — Juramentum lingua Romana, CXXXVIII, 528. — Quædam decreta circa religionem, CXXXVIII, 534.

Conventus in villa Sparnaco, quia factione quorumdam motus est animus ipsius regis contra episcopos, dissidentibus regni primoribus sui ab eorumdem episcoporum admonitione et remotis ab eodem concilio episcopis ex omnibus illis capitulis hæc tantum observanda et complacenda illis collegerunt et episcopis scripto tradiderunt, dicentes non amplius de eorum capitulis acceptasse quam ista se vel cum principe observare.

Hæc sunt capitula : De honore et cultu ecclesiarum, de honore episcoporum et veneratione servorum Dei, de justitiis, ut cautela fiat ergo eos qui causa juventutis aut insipientiæ in aliquo fallunt, sive contemnunt admonitionem episcoporum, ne subito aut meante damnentur anathemate, de his qui contra regiam potestatem contumaces esse moliuntur, de precariis, de hospitalibus, de rapacibus, ut episcopis templum congruum observetur ad suum ministerium peragendum ut clerici arma militaria non sumant, ut missi dirigantur qui inquirant, si præcepta a vobis de rebus ecclesiarum ad proprium sint facta, de hæresi simoniaca, ut a nullo sedes episcopalis, proprio infirmante episcopo usurpetur, ut canonici infra dormitorium dormiant, ut monachi ad palatium non veniant, nisi causa obedientiæ, exceptis abbatibus ut laici decimas die ecclesiis non contingant, de sanctimonialibus contra auctoritatem nuptis de sponsis aliorum, de sepulturis infra ecclesiam, CXXXVIII, 547, 554, 557, 564.

Capitula de ordinibus ecclesiasticis, CXXXVIII, 565, 576. — De concordia episcoporum comitumque fidelium, de potestate episcoporum, de decimis exquirendis, *ibid.*, 581, 582. — Ut nullus audeat immunitates infringere, ut hæredes ecclesiam non dividuntur, *ibid.*, 583. — Ut episcopi venationem non exerceant, de continentia presbyterorum, *ibid.*, 584, 585. — De excusatione presbyterorum et diaconorum, de infantibus oppressis, de adulterio, de homicidio, de concubinis, de homicidiis, *ibid.*, 586, 587. — De operibus servilibus quæ diebus dominicis non sunt agenda de his qui uxorem habent et simul concubinam, de parvulis infirmis baptizandis, ut nullus presbyter alii suam parochiam intervenire præsumat, ut nullus alterius clericum sollicitet, ut nullus presbyter numera dare præsumat alterius ecclesiam subripere, *ibid.*, 586, 587, 588. — De presbyteris qui habuere conjugia, ut presbyteri honorem habeant, non licet in quadragesima festa celebrare, non licere clericis spectaculis ludicris interesse, non licere missam cantare in domo, *ibid.*, 588, 590.

Leges. — Perventum est ad nos quod eos qui Romam orationis causa pergunt, vel qui negotiandi gratia per regnum nostrum discurrunt, collecti latrones diripiant, eosque aliquoties verberent vel occidant, et bona eorum diripiant. Ideo volumus ut comites nostri eorumque sculdassi, adjunctis secum vassalis episcoporum, si necessitas fuerit, ubicunque tales audierunt studiosissime perquirant et eos capiant atque distringant. Et si hujus criminis rei invenerint, pœnas in legibus positas, ergo eos absque ulla negligentia exsequantur, ut ab his malefactoribus regnum nostrum purgetur, et qui in nostra fiducia huc veniunt, sive orationis sive negotiandi causa, salvi esse possint. Sciat autem unusquisque fidelium nostrorum, quia quicunque comes, aut quilibet publicus minister, hujusmodi malefactoribus aut assensum præbuerit; aut eos persequi neglexerit, nostræ indignationis motum sentiet, et proprio honore privatur, CXXXVIII, 573.

Sede et hoc compertmus quia ex diversis locis hujusmodi noxii homines inter se conspirent, et diversos comitatus circumeuntes, prædas et rapinas per villas, seu et per vias, vel per silvas faciant, et innocentes homines deprædentur et spolient; et hi quoque similiter volumus, ut diligenti studio perquisiti capiantur et distringantur. Et si obnoxii hujus sceleris inventi fuerint legalibus pœnis absque ulla dilatione subigantur, et hujusmodi inquietudo et injusta direptio, a populo nostro auferatur, et liceat omnibus sub nostra ditione degentibus; cum salvatione et pace vivere, ut ordo rei publicæ secundum justam administrationem provisus salvus et quietus permaneat, CXXXVIII, 574, et alia... ad 790; et a col. 609, 622.

Primo omnium discutienda est sacerdotum fides qualiter credant, et alios credere doceant, ubi exempla proponenda sunt, quatenus a creatura Creator quantulumcunque *intelligit possit*, CXXXVIII, 623.

Secundo jubendum ut oratio Dominica in qua omnia necessaria humanæ vitæ comprehenduntur et symbolum apostolorum in quo fides catholica ex integro comprehenditur, ab omnibus discatur, tam Latine quam barbarice ut quod ore profitetur corde credatur et intelligatur CXXXVIII, 623.

Tertio intimandum est, ut ad salutationes sacerdotales congrue responsiones discantur, ubi non solum clerici a Deo dicatæ sacerdoti responsionem offerant, sed omnis plebis devota consona voce respondere debet...

Quarto ut fides sancti Athanasii a sacerdotibus discatur et ex corde omni Dominica, ad horam primam recitetur, etc., etc.

Aliæ sunt adhuc leges ecclesiasticæ a col. 623 ad 631, tom CXXXVIII.

Epistola ad Cistercienses de Ecclesia et monasterio Fontanarum, CLXXXV, 1145. — Epistolæ rogatoriæ ut festum S. Bernardi abbatis solemnizetur, CLXXXV, 1653. — Charta de Pedagio quod est apud Monsteriolam, et super exactionibus quas dedit Ecclesiæ Cluniacensi, CLXXXIX, 1061. — Contra hæreticos, vulgo Populicanos dictos per tractus Flandricos vagantes, CC, 1376. — De cæde S. Thomæ, CC. 1376. — Hortatur pontificem ad resecanda sua auctoritate vitia, CC, 1378.

LUDOVICUS IV, rex Francorum. — Præceptum de quibusdam ecclesiis et locis Cluniacensi cœnobio concessis tempore S. Odonis Cluniacensis abbat., CXXXIII, 839.

LUDOVICUS VI, rex Francorum (an. 1121). — Scribit se numquam toleraturum subjectionem quam ab archiepiscopo Senonensi exigebat, primas Lugdunensis, CLXIII, 1339.

LUDOVICUS VII, Junior dictus. — Epistola ad subditos suos in regno Franciæ constitutos, de captione et liberatione sua, CLV, 1281.

MACCABÆUS, rex Scotorum. — Hujus regis ista fuerunt statuta : Christo initiatum ad profanum judicem non vocato; vocatum comparentemve non judicato, sed ad sacros antistites remittito. Decimam partem terræ nascentium pastoribus Ecclesiarum liberte conferto; Deumque semper votis et oblationibus consuetis adorato. Qui pontificis auctoritatem animo totum exsecratus contempserit, neque se interim conciliarit, hostis reipublicæ habeto; qui vero duos in ea contumacia perseveravit, fortunis omnibus multato; si quis quempiam, cujus ipse sumptibus aut victu non aliter quotidiano, ad Ecclesiam, seu ad publicum conventum, seu ad forum nundinave comitatus ut assecla fuerit, captis reus esto, CLI, 1189.

MONAXIUS, præfectus prætorii. — Edictum *exsilium* minans in sectatores hæreseum Pelagianistarum, LVI, 492.

MARCIANUS, imperator. — Epistola ad Leonem archiepiscopum Romæ. Epistola qua ei significat eos quos miserat ad se semper hilariter suscepisse; quare cum omni alacritate eo se conferre dignetur et synodum celebrare; vel si hoc grave ei videbitur, suis litteris significet, ut, sacris episcopis vocatis, in qua civitate placuerit, fidei convenientia decernatur, LIV, 903. — De fide apud Chalcedonem roborata et pace Ecclesiæ restituta gratulatur; fidem juxta litteras S. Leonis papæ synodo esse expositam; petit ut sedi Constantinopolitanæ secundus locus juxta statuta secundæ et quartæ synodi tribuatur, etc., LIV, 970. — Epistola ad Leonem papam, confirmationem synodi Chalcedonensis a pontifice uti necessariam petit. Ejus constantiam in vindicandis canonibus et novitate reprimenda laudat, LIV, 1017. — Epistola ad Anatolium episcop. Constantinopolitan. De synodo Chalcedonensi convocanda. De illo imperatore detur notio, dum hæc mandat : « Omnibus negotiis divinæ res sunt præponendæ. Deo enim omnipotente propitio rempublicam et conservandam et meliorandam esse confidimus. Quia igitur dubitationes quædam in orthodoxa religione nostra videntur esse commissæ, sicut etiam epistola reverendissimi viri episcopi almæ urbis Romæ Leonis testatur, id specialiter clementiæ nostræ placuit ut venerabilis synodus in Nicæna civitate provinciæ Bythiniæ celebretur, quatenus convenientibus animis et omni veritate discussa, cessantibus etiam studiis quibus antehac usi quidam sacrosanctam orthodoxam religionem conturbasse noscuntur, vera fides nostra concto sæculo manifestius innotescat, ut deinceps nulla possit esse dubitatio vel discordia. Qua de re sanctitas tua cum quibus placuerit reverentissimis episcopis quos de Ecclesiis sub sui sacerdotii cura constitutis, idoneos et instructos orthodoxæ religionis esse probaverit; ad prædictam Nicænam civitatem intra diem Kalendarum Septembrium ire deproperet. Sciat autem religio tua etiam serenitatem nostram venerabili synodo interfuturam, nisi forte nos

æ necessitates in expeditionibus detinuerint, »
527.
ı pervenisset piissimus et fidelissimus imperator
inus, ad venerab. synodum sic locutus est : « Ubi
m divino judicio ad imperium sumus electi, inter
necessitates reipublicæ, nulla nos magis causa
inxit quam ut orthodoxa et vera fides Christiana,
sancta atque pura est indubitata omnium animis
ret. Constat enim avaritia vel studiis quorumdam
edia tempora nonnullis diversa sentientibus, et pro
ate sua, non prout veritas ac doctrina Patrum
at, populos seducentibus, in errorem quam pluri-
sse deductos. Qua de re sanctam synodum hoc
cet proposito fieri studuimus, et vobis laborem
sse videmur, quatenus omni caligine atque errore
o, prout se Divinitas hominibus manifestare voluit,
trina Patrum ostendit, religio nostra, quæ pura et
est, universorum mentibus insinuata suæ veritati
ulgescat; nec in posterum audeat quisquam de di-
te Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi aliter
are quam apostolica prædicatio et instituta trecen-
decem et octo sanctorum Patrum eidem conve-
a posteritati tradidisse noscuntur ; sicut etiam
Leonis papæ urbis Romæ qui Sedem apostolicam
nat, missa ad sanctæ memoriæ Flavianum Constan-
olitanæ urbis episcopum scripta testantur. Remotis
studiis, ablatis patrociniis, cessante avaritia,
is veritas innotescat. Nos enim ad fidem confirman-
